MISCELLANEA

J. B. G. CAMBERLYN D'AMOUGIES

EQUITIS.

GANDÆ,

TYPIS P. F. DE GOESIN-VERHAEGHE.

1828.

WILHELMO I.

Belgarum Regi.

QUos tibi cum veniâ, rex optime, dedico, versus
Accipies, humilem nec dedignabere vatem;
Sic precor, unanimo dum Belga precatur amore,
Prosper ut armipotensque tuis per plurima vivas
Lustra, et ad indictos, duce te, gradiamur honores;
Aurea convolitant hilares ad Mala camoenæ,
Et Mecœnatem qui nostro in rege volebant,
Omne dabunt cum Marte Minerva et Apollo juvamen;
Candida victrici sub fronde virescet oliva,
Fas erit et flores ubicumque vidère renatos,
Ad Sceptrum, WILHELME, *tuum sic gloria crescet!*

WILHELMO PRIMO

BELGARUM REGI DESIDERATO.

PRÆPETE, Castalides, huc festinate volatu,
Solennes bis quinque aras ereximus: una
Altior est aliis, Phœbo sacravimus illam:
Laurus ibi tumet ad palmas, florumque coronæ
Frondibus appendent victricibus: æthra Sabæis
Uncta calet flammis, grates ad acumen Olympi
Sic ferimus meritas, semperque feremus ovantes.
Dic iterum, Clio, munus quod contulit ingens
Jupiter in Belgas, munus quod marmor eburque
Lapsuris repetent sæclis; non excidet umquam
Mentibus illa dies, quæ luxit ab axe serena,
Nam pater ex altis nos lumine viderat almo,
Nomine cum celebri diadema celebre daturus.....
Æternis in conciliis sic numina sortem
Assignant populis, et nobis celsa paratur
A jove, qui magnos fore felicesque spopondit.
Ora illùc intenta tenens caducifer Hermes
Nectaris ambrosiæque effundit ab æthere odores,
Et placidus loquitur: « Patris hæc sunt jussa supremi:
» Nassovio surgent vobis e sanguine reges,
» Et prior hos inter Wilhelmus sceptra tenebit,
» Wilhelmus, splendore procul qui notus avito,

» Namque datus de stirpe fuit generosus eâdem
» Alter Wilhelmus, fastis signatus in altis,
» Nassovium decus! heroëm concesserat orbi,
» Et populis monstrabat ovans Germania gnavum
» Stirpis Arausiacæ patrem, qui Marte potitus
» Neptunum, pelagi vada per longinqua tridentem
» Gessit, et a furiis Batavos avulsit Iberi (1),
» Oceanumque domans, tellurem fluctibus audax (2)
» Eripuit, genioque suo et virtute creatum
» Qui regnum per opes, per leges auxit et artes.
» Sic Deus armipotens et docta Minerva favebant, (3)
» Stemmate de tanto reges largitur Olympus,
» Queis ducibus, laudum scandetis culmina, Belgæ....»
Hæc ubi verba dedit Deus aliger, ilicet auras
Involat, et Zephyro citior petit atria divûm,
Ignotâ cunctas implens dulcedine mentes,
Quas spes blanda fovet. Nostras ita numina sedes (4)
Exhilarant, terram quoties tetigêre benigna.

Multâ cæde natans, ærumnis obruta multis,
Finem per questus, lacrymasque precata malorum,
Europe quinis jam lustris lassa gemebat; (5)
A gelido Volgâ (6), super Herculis usque columnas (7)
Sæviit ira Deûm, dejectas undique gentes
Viderat Eoo Phœbus, dum culmine surgit (8),
Hesperias donec Thetidis descendat ad ædes (9).
Detrusi soliis rigidas sensêre catenas (10),
Insontes, quos percussit falx impia, reges (11);

Diruta sacrilegos jacuêrunt templa per ignes,
Sanctarumque fuit legum perrupta potestas.
Inde dolens Astræa (12), patris confugit ad aulam,
Osa plagas, ubi lanx sua fracta et operta ruinis,
Dira et ubi miseræ subière opprobria gentes (13);
Effrænis namque impietas, perfusa cruore
Vincla, furens Mavors necium sitibundus et auri (14),
Et corda immites pressère afflicta tyranni.
Tot luctus, mala tot supra nos sæva fuêre,
Sæva diù, dum torquebat nos Corsica pestis (15),
Lilia nam maculans unà maculare Leones (16)
Et rabidum exhalare volebat ubique venenum.
Europes Libyæque plagas caput evehit inter
Insula, Sardoo saxosa cacumina quæ fert (17)
E pelago, hùc illam Tellus projecit abhorrens;
Corsica nomen ei, nomenque errantibus indit
Piratis, mare qui furtis et cædibus angunt (18);
Arida, fronte minax, vindictam spirat et iras
Insula, et ad terram vomuit scelera horrida dictu.
Hinc ferus oppressor lucis surrexit ad auras,
Felle et vipereis dum crevit in artibus audax,
Delirabat iniqua parans et pessima quævis;
Atra Megæra comes, stabat comes unca Celæno (19 *et* 20);
Hisce potens sociis, Erebumque in pectore gestans,
Caucaseis erumpit hians quasi prædo latebris,
Irrequieta fames siccos ubi perforat artus;
Stragibus in mediis, ad fletum ferreus eheu!

Corse, tuam nostro nutribas sanguine Erynnin,
Fumantesque super statuens tua sceptra ruinas,
Insatiatus humum calcâsti cæde rubentem,
Saltabasque per innumeros mucrone peremptos;
Pyxida tu retegens, Epimetheus alter ad orbem (21)
Omne malum diffundebas, ita, Corse, per urbes,
Perque humiles infanda casas tua flagra ferebas.
Impia lassabant tandem deliria Divos,
Et meritas sceleri statuêre infligere pœnas;
Namque bonos æquus non linquit Olympus inultos.
Arbiter æternus justas qui panderat iras,
Vultu nunc placido nos contemplatur, et ignes
Compescens trifidos, ultricia numina frænat.
Sic ubi per tenebras et fulgur inhorruit æther,
Et retonante orbem succusserat Æolus axe,
Turbine tum rutilas vehit e nigrante quadrigas
Phœbus, et insanos austros et nubila sedans,
Gaudia terrori mandat succedere blandus;
Tempora et hic etiam post infelicia felix
Instat, et ecce novus, firmusque renascitur ordo:
Teutonis in terrâ tumet urbs antiqua potensque
Austriaco, prope Danubium, diademate fulgens (22);
Omnipotens nutu qui dirigit omnia rector,
Concilium hic statuit memorabile regibus, hisque
Jussa dedit, populos lacerante sub ungue gementes
A flagro redimi, quod trux discordia fauce
Duxerat e stygiâ, stygio circumdata cœtu;

Imperia ad priscas rediviva reducere formas,
Expulsos reges patrias revocare ad habenas,
Et firmata thronis fundamina reddere quassis,
Optatas tandem leges imponere mundo;
Hæc Jovis astriferâ resonabat ab arce voluntas.
Nec mora, bis deni reges mandata capessunt (23),
Et nequit oppressor jussis obstare supernis,
Corsaque tum rabies confusa refugit et impos;
Ilicet hùc celerat Nemesis (24) vindexque tyrannum
Prendit et Etruscas captivum cogit ad undas;
Exul it ad scopulos nuper dominator in orbe,
Et, quibus obruerat populos, fert ipse catenas;
Infandi subeant animos oblivia luctûs,
Namque nimis Belgæ, nimis ah! sensistis amara.
Corda oppressa diu spirent, et libera spirent.
Fœdera pax adfert et abhorrens sanguine tinctas
Lauros, Europen mœstam solatur olivis;
Frenduit, at siluit discordia, et ima ad Averni
Antra repente fugax, iras ibi condit inermes,
Et sibi dente ferox exsangues sævit in artus.
Tunc reges, Europa, tuos et pristina jura
Vidisti plaudens, et fortunata tenebis.
Ad solitos ita prona situs moles redit ingens,
Adversâ tandem si mole soluta, solutis
Viribus ad centrum recidit (25) quò lege perenni
Materiem cogit rerum immutabilis auctor.
Belga, tibi sors lenta venit, sed splendida stabit,

Splendida ab augusto namque est decreta senatu (26);
Belga, decus servato, decus quod fama perenne
Insculpsit fastis; a sæclis octo decemque
Virtutem laudesque tuas celeberrimus ille
Romulidûm dux testatur, qui nomen Juli
Immortale sacrans populos triginta ligavit
Ad Latias aquilas domitor generosus et acer (27).
Omnia quæ retulit caducifer, illicò fiunt,
Namque dolosa Dii numquam promissa dedêre.
Ad Batavos lux ex oris micat alma Britannis (28),
Nassovium signans, qui incensus amore suorum
Ad meritos gentem perducere avebat honores;
Acclamant omnes: « Precibus, Wilhelme, tuorum
» Annue, noster eras et eris, Wilhelme, deinceps
» Patronus, venias, venias, te cuncta reposcunt
» Pectora, tu notâ populos virtute beabis.
Vox ubivìs sonat una, et puppibus insimul alas
Pandere et Oceani vicibus se tradere certant;
Has patriæ dat amor vires obstacula temnens!
Arva viri dum findebant spumantia, lætos
Tollebant plausus, nomenque insigne canebant
Principis optati, cui se Batavus dabat omnis.
Cæruleis gavisa Thetis speculatur ab aulis;
Ultrò agiles citròque ibant, ludente catervâ,
Tritones, Phorcus, Delphines, equique marini,
Formoso ex undis consurgunt agmine nymphæ,
Gemmeâ et in conchâ niveis Dea vecta quadrigis,

Submissosque super fluctus pellucida sidens
Plaudit et arridet, conamina laudat, et unà
Æolus obsequitur, tetro se carcere claudens.
Nubibus egrediens apparuit ilicet Anglum
Littus, eò celeres tendunt, molimine curvo (29)
Ascendunt Tamesin, partes dum lumine fixo
Quærunt occiduas (30), ubi turribus exit ad astra
Mercibus ingenioque potens et prima Britannis (31)
Urbs, sub Arausiaco quæ stemmate splenduit olim (32),
Post et Arausiacos, dum sors jactabat iniqua,
Mœsta salutavit, veneransque et grata recepit (33).
Hùc ubi trabs tetigit, Batavos commotio blanda
Præcipitanter init; placido sic volvimur æstu,
Cordaque titillat necdum gustata voluptas,
Spes si vana diu lusit, tandemque beati
Assequimur, voto quod erat flagrante cupitum.
Cernere io licet optatos, regique futuro
Accurrunt Batavi, lacrymis testantur amorem,
Utque suis redeat summa infortunia passis,
Ut Batavis redeat, soletur et adjuvet illos,
Suppliciter petière omnes, iterùmque petebant,
Optimus et nequiit princeps obsistere votis:
(Altiùs egregias quævis affectio mentes
Commovet, et motas valido magis evehit æstu) (34)
Sæpe genas lacrymis rorabat et ipse subortis;
Commiserans gentem, gentis devictus amore
Wilhelmus Batavis toto se corde vovebat,

Et laturus opem, liquidum, properante carinâ,
Trajiciebat iter, patrias intentus in oras.
Ad sortem pergis, Princeps animose, statutam,
Et vigil intrepidum Neptunus ubique tridente
Dum tegit haud viso, dilectum denique littus
Prospicis, et propius gaudes, nam numina servant
Magnanimos, populisque parant miserata patronos.
Munus ad hoc electus eras, cæloque favente,
Contingis terram, quò te tam sæpè vocârat
Oppressus Batavus, nomen sed prævia fama
Nassovium resonans, e Tethyos ilicet arvis
Clamabat te venturum, te monstrat, et ecce
Imploratus ades; magicis quasi viribus acta
Gens concurrit ovans, quis? ubi? mansurus et an sis?
Per turbas confusa rogat vox; undique cuncti
Augustum reducem spectare et tangere certant
Plurima sperantes; pulso mœrore, sereni
Complaudunt, saltant, consortia jubila tollunt,
Wilhelmumque suum pariter comitantur ad urbem,
Immensas ubi opes, Bellonæ, pacis honores
Et querulas profugasque diù fixêre Camœnas (35)
Nassovii, genio quorum formata stupendo
Urbs ex Amsteleis miranda superbit arenis (36).
Omnis eò, Princeps, ad te lætata volabat
Gens, diadema ferens, sed quod pretiosius illo,
Corda tulit, tibi committens sua fata decusque.
Nobile suscipiens munus, Wilhelme, paternas

Ad laudes aspirabas, spes ociùs implens,
Quas positas in te *Batavus* constanter alebat.
Angores post mille quies adventat amœna:
Fluctibus evadens rabidis ita nauta quiescit,
In trabe qui fragili sævis aquilonibus actus,
Æquoreas inter rupes et monstra barathri,
Et minitante diu mortis sub falce retentus,
Horrisoni fuerat passus deliria Nerei.
Wilhelmus placidâ Batavos dum lege gubernat,
Quam felix, sub Arausiaco moderamine, gens sit,
Fama refert Belgis, antiqua ligamina laudans
Cum Batavis, animos et ad inclyta gesta decusque
Nassoviûm revocat Clio, suffusaque fletu
Indicat, extollitque illum per sæcula magnum
Heroëm, socios qui libertatis honores
Asserere ardebat, genti devotus utrique;
Heros lugendus, cui sors crudelis at alta......
Ah *Delphi, Delphi*, justo indulgete dolori! (37)
Cordibus assonuit sermo, Belgæque vetustum
Caris cum Batavis fœdus renovare volebant,
Principi Arausiaco placuit committere sortem,
Et voto se Wilhelmo concorde dedère.
Sic Superis visum fuerat! nam rector Olympi
Quod fuit, est et erit, conjectu luminis uno
Perspicit, intuitusque orbem, regit omne, nec usquam
Omnipotens regitur, diademata donat et aufert,
Illius e jussu, tu Rex ad sceptra vocaris,

Quæ tibi dum tradit regum, Wilhelme, senatus (38),
Obsequitur Divis, mandata superna facessens.
Inde super Belgas Batavosque tenebis habenas
Bello, opibusque potens sed amore potentior, ad te
Quô pariter ferimur : princeps, Burgundio quondam
Hic dominata fuit, tædasque secuta jugales
Ad stemma Austriacum de stemmate sceptra Capeto
Transtulit (39), ast Aquilis nostros largita *Leones*,
Difficile instituit rumpendum posteà fœdus,
His etenim dominis genus obstitit acre *Leonum*;
Congrua pacta magìs, casu rumpenda nec ullo
Belgæ dant Batavis et vero pectore jurant.
Pacta tibi, *Wilhelme*, ea sint accepta precamur,
Duratura dein, donec durabimus ipsi,
Namque magìs nobis dilectus es omnibus unus;
Rex tu magnus eris, proavos æquabis *Adolphos*,
WILHELMOS et *Mauritios* (40) (41), hæc nomina *Teuto*,
Belga, *Hollandus*, et *Anglus* in ære et marmore servant,
Stabit ibique tuum nunquam delebile nomen.
Non sumus immemores, (mirata *Hannonia* vidit)
Ad tua *Landrecium* quando caput arma superbum
Inclinans (42), veniam supplex et jussa rogabat:
Et Sabis obstupuit, properans narrare *Mosanis*
Naiadibus (43) quantos tua dextra subegerit hostes,
Dum clade immensâ Galli cecidêre *Namurci*
Inclyto in æquore, ubi Mavortis adeptus opima
Dona, triumphales poteras ascendere currus.

Et *frater tuus* ex animis *heroicus* umquam
Non ibit nostris, *Fredericum* bellicus ardor (44)
Inflammabat; huic, *cæsar Francisce*, Sicambras
Commisisti Aquilas (45), hunc *Legia*, *Rhenus* et *Arnus*
Impavidum vidère ducem : lethalia passus
Vulnera, *Strasburgo* vicinam subdidit arcem,
Quæ vultus *Rheno* gerit imperiosa minaces (46).
Sed fatis cessit, nusquam qui cesserat hosti
Ductor Arausiacus; Cineres, ô Itala tellus,
Quæ caros afflicta tenes, umbrato cupressu
Hos tumulos, et cum Geniis venerare sepultum!
Stirpe duces ab Arausiacâ, Mavortia virtus
In vobis ardet, Vos omnes candida Clio
Magnanimos celebrat, viget hoc in sanguine calcar!
Vix nobis concessus eras, *Wilhelme*, tremenda
Vox sonat : « Heu *Corsus* nostras furibundus ad oras
» Irruit, heu Tuscâ de rupe recurrit hyæna (47),
» Et prædas repetens iterum pede lucida tetro (48)
» *Lilia* conculcat, rabidâ mox fauce *Leones*
» Corripiet, gressum signant lamenta necesque.....! »
Terror ubique animos quatit, et gens anxia Regem
Confugit ad vigilem : vix contemplata serenum,
Fida stetit, juvenem quippe intrepidumque *Leonem* (49),
Pro patria qui pugnaret, Wilhelmus alebat:
Et dedit, ut tumidas *Corsi* contunderet iras.
Nec mora, *Arausiacus* volat inconcussus ad arma,
Promissus leo hic est, vires fracturus iniquas :

Illicò terror abit, Mavortius æstuat ardor,
Et rogitant, rogitant omnes irrumpere in hostem;
Clangore imbelles pullos inflammat ut uno
Ales olympiacus, (quoties regale cubile
Esuriens vultur mutis circumvolat alis,
Sanguineoque gulam quærit restinguere pastu)
Pectora sic, heros, nôsti inflammare tuorum.
Jamque pericla instant, propiùs ruit ecce scelestis
Elbæus turbis, *miseranda Brabantia,* luge,
Impia pestis adest, viro, igne repleta dolisque;
Sed Jovis ad nutum Mars et Bellona tuentur
Confisam superis gentem; nos eja! patronis
Sub tantis, dux Nassovius discrimine solvet,
Accit ad arma viros, celeresque *Borusse, Britanne,*
Belgaque cum *Batavo* famosum incurritis æquor
Ad ripas *Sabis* (50), et mortem dum temnitis omnes,
Sorte diù dubiâ certâstis: ubique ruinis
In mediis calcar stimulabat honoris, honosque
Increvit, perfusa cruore rubebat arena,
Et virtute pares, vice sed variante cadentes,
Per cæsos, per cædentes, ærisque boatus,
Victi et victores animas fudistis ad umbras.
Bella tonant, et Mavortis dum fulmina stragi
Allucent, ter ibi donat *victoria* palmas,
Ter repetit; sed Arausiacus discrimina quævis
Primus adit, per tela, neces, flammasque voraces,
Hostes invadit, sternitque, fugatque; sed heu nos!

Per media arma redux *Libitina* furore novato
Insilit, exanimatque acies; « Accurrite *Belgæ*,
» Falx fera *Arausiacum* decidet, adeste, nec ulla
» Sit mora, *magnanimum* gnavi servate *Leonem* (51),
» Festinate viri, vocat hùc *victoria* Belgas.
Ilicet advolitant, densas perfringere turbas
Est labor, et peragunt, truculenta per agmina pressus,
Saucius et solus, quasi fluctibus ardua rupes
Obstabat princeps, flammis obstabat et armis
Unus obex *Gallis*, animosus ut alter *Achilles*.
Corda dolor premit infandus, sed luctibus iræ
Successêre, et *Achilleos* juvenilia quamvis
Brachia librarent ictus, ah obrutus hoste
Innumero, suprema, heros, ibi fata subîsses,
Te Deus armipotens si non texisset amatum:
Texit enim vigilans, donec perruperat agmen
Belga, tibique adstaret inexpugnabile vallum;
Vix aderat, furias *Elbæi* sternitis, et mox (52)
Immani sub strage ruens, infrenduit impos
Impia vis Erebi: fuga fit, confusio victos
Diversas agit in partes, cæcâque vagantur
Et dux et miles rabie, *Corsoque* tropæa
Dum rapitis, summos, *Nassovie*, adeptus honores,
Laude viris rarâ, juvenis mirande, coruscas.
Impete *Bellerophon* prendit veloce *Chimæram*,
Attonitique *Atlantis* alacriter æquora sulcat,
Antra dein rapitur captivus ad ultima ponti.

Hasce meret sedes plectendus compede *Corsus*,
Saxa super deserta iras exhalet inanes (53)!
Auspice Rege, Deus nobis hæc otia fecit;
Auspice sub tanto, Superi diadema perenne
Nassoviis statuunt, ego rursùs id assero vates:
Nam priùs asserui, mea quando Camœna colebat (54)
Cæsareos hilaresque hymenæos, unde beati (55)
Sunt et erunt semper nostri *Wilhelmus* et *Anna.*
Fortunata tuis, ô rex adamate, parabas
Sæcula, victrices *Aquilas* fortesque *Leones*
Fœdere dum placido firmoque ligare volebas,
Sed fœdus cum Marte Venus decreverat ante,
Et lætus clamabat *Hymen* sine fine ligandum:
Axe ab hyperboreo venit sine compare virgo,
Hanc comis Aglaië ducebat ovansque Minerva;
Egregiam, Wilhelme, videns miratus et illam,
Spes in Cæsareâ posuisti principe blandas,
Inque tuis votis hilarus sua vota videbat
Cæsar Alexander Russûm columenque decusque.
Ex *Annâ* multos poteris numerare nepotes,
Et prole eximiâ procedet adaucta propago.
Plaudamus, Belgæ, plaudamus, ad æthera cantus
Demus, et ad lauros, Paphiâ de fronde coronas
Nectere complaceat: munuscula grata benignis
Principibus venient nostris, oblata libenter
Accipient, nunc accipient, nam regia proles
E thalamo datur augusto: celebremus id ingens

A cœlis donum ! Tu gaudia, lausque parentum,
Exoptate puer, fias ! nam gloria sceptri
Mox eris, et *Belgis Belga* arridebis amœnus;
Sollicito tenerum quis te non spectet amore?
Nostra tuis jacet in cunis spes; vota tuorum
Audi, *parve puer*, circùm te florea dona
Fundimus, et genio cresces evectus avito.
Hoc patriæ magnum debebimus incrementum,
Rex generose, tibi, nobis qui pervigil *Annam* (56)
Dilicias nostras, *Annam* impetrare volebas.
Gentis tanta tuæ, Princeps, Te cura tenebat,
Quippe beare tuos flagrat anxia corde Cupido,
Et semper calcari illùc es adactus acuto;
Fusurus quoties jucunda papavera *somnus*
Adrepit, requies animum vix ulla relaxat,
Invictusque labore ad munia celsa revertis,
Assiduè, quæ digna tuo sint nomine, quærens;
Ingenio dum tellurem percurris et undas,
Vastum ultra pelagum (medio (57) qui gurgite terram
Dividit) aspectas, ubi postum littore in Afro
Algerium spolia explorat, miserosque catenis
Pontivagos onerat, per sæcula multa rapinas
Et tormenta patrans horrenda impunè necesque;
Innocuos toties anxit fanatica pestis!
(Impostor quam Asiæ in tenebris astutus et atrox
Progenuit (58)) sævos ponti compescere fures
Pollicitus fueras, *Wilhelme*, et labe pudendâ

Nos exemisti, *Leopardis* quando *Leones* (59)
Invictos socians, scelerata ad littora fætas
Milite et igne trabes adigebas, namque decori
Famâ immortali rediêre repente *Britannus*
Et *Belga* et *Batavus*, Neptuni et Martis honores
Immensos meriti, sua dum jecêre nefandas
Fulgura per latebras, mortemque ex ære vomentes (60)
Prostrârunt *Turcam* pelago telisque renixi.

Parta per infandos venêre tropæa labores,
Et furiale animis bellum non excidet umquam,
Piratæ ad barathrum ferro flammâque coacti
Dedecus, abjectam spem, fractas tempus in omne
Iras et vires agnoscunt, poplite flexo
Pacem, pacem omnes poscunt; domitoris acerbâ
Jam sub lege humiles pœnas et jussa capessunt.
Vincula nostrorum multis hic millibus arcta
Rumpebas, *Wilhelme*, statimque tributa referri (61)
Justus iniqua jubes, sceleris nam victor et ultor
Es datus a Superis, terrâque marique, subactâ
Bellorum rabie, lacrymarum sistitur imber,
Victrices et ubi præbet *Bellona* coronas,
Munera de placidis Pax elargitur olivis.

Cœlicolûm tot muneribus, *Wilhelme*, beatus
Semper eris, *Frederica* simul, tua regia conjux,
Sorte beata pari, splendore micabit eôdem;
Has *Lachesis* bombyce colos circumdare et auro,
Lustraque *Arausiacis* promisit nêre decora (62).

Corde bonam, ingenio magnam, quis dicere cesset
Reginam? *Frederica*, chelyn ne temne modestam;
Arcanum quod habet, Tibi pandit amica Minerva (63),
Dumque sacrata lubens aperit penetralia, promptæ
Et lepidæ *Charites* palmas Tibi tendere certant (64),
Sæpiùs et *Divæ* stas æmula prima *magistræ*,
Palladiis quoties tentas vitam indere telis.
Dì bona principibus tantis non ulla recusant,
Et rebus statuunt Vos exaugêre secundis;
Vaticinor: majora dein concedet Olympus......
Et laudes Vestras amor et veneratio nostra
Æquabunt semper, gratique manebimus omnes.

Advolat hùc iterùm Latio de monte canora
Et gavisa phalanx, sanctis concentibus ut nos
Adjuvet, et sceptro resonent accepta benigno
Carmina: formoso properant en agmine Divæ:
Ædibus in liquidis, frondosa per atria, plausus
Harmonicos dant Naiades, Dryadesque puellæ,
Et saliunt, festumque melos per jubila miscent,
Et donis, Rex, ornabis regalibus illas,
Castalium decus, et sacras qui protegis artes.

Felix, ter felix, diùque sub ægide salvus,
Pro populo vives per plurima lustra, tuorum
Et pater et princeps vives, *Wilhelme!* nec unquam
Ad nostras, dilecte, preces sat vixeris, ô Tu,
Cor regale Tuum nostris qui cordibus offers.

NOTES.

1. Guillaume, fondateur de la république des Provinces-Unies, né au château de Dillenbourg en Allemagne en 1533: il a délivré les sept provinces de l'oppression espagnole.

2. Il dompta les flots et arracha son pays à l'océan par des digues et d'autres ouvrages que nous devons à son génie créateur.

3. Il fut législateur et appela les arts et les sciences chez les Bataves.

4. Le monde, habitations terrestres.

5. La servitude et le despotisme militaire pesèrent sur l'Europe pendant plus de vingt-cinq ans.

6. Le nord.

7. Le midi.

8. L'orient.

9. L'occident.

10. Les Rois de France et d'Espagne, la Reine d'Etrurie, auparavant Duchesse de Parme et de Plaisance.

11. Le Roi Louis XVI.

12. Astrée, fille de Jupiter et de Thémis; l'iniquité et l'oppression sous laquelle gémissaient les peuples, lui firent quitter la terre.

13. L'Europe souffrit un honteux esclavage.

14. Le pillage et la cruauté caractérisèrent les guerres de la révolution française.

15. Buonaparte.

16. La France et la Belgique.

17. L'île de Corse, rocher entre l'Europe et l'Afrique, dans la mer de Sardaigne.

18. Les Corsaires prennent leur nom de cette île, dont les Romains faisaient un lieu d'exil.

Les Corses sont haineux et vindicatifs.

19 - 20. Les furies et les harpies.

21. Epiméthée ouvrit la boite de Pandore, dont sortirent tous les maux qui désolèrent la terre.

22. Vienne sur le Danube.

23. Le congrès de Vienne.

24. La déesse de la vengeance ; elle relègue l'oppresseur à l'ile d'Elbe, dans la mer d'Etrurie.

25. La loi de l'équilibre; la force centripète.

26. Le sort de la Belgique fixé par le congrès de Vienne.

27. Jules-César a dit dans ses commentaires: « *Horum omnium fortissimi sunt Belgæ" ;* il enchaîna trente peuples aux aigles Romaines.

28. Le dieu Mercure.

Lumière vive vers l'Occident, elle signalait le séjour de notre Roi (alors Prince d'Orange) en Angleterre.

29. On monte obliquement la Tamise.

30. Les pilotes se dirigent vers l'Occident.

31. Londres, cité ingénieuse, commerçante et opulente.

32. Guillaume, Prince d'Orange, Roi d'Angleterre en 1688.

33. L'hospitalité que l'Angleterre respectueuse et reconnaissante donna à la Maison d'Orange-Nassau.

34. Notre Roi ; les caractères généreux et élevés, à cause de plus de délicatesse et d'une meilleure constitution de leurs organes, sentent plus vivement, sont conséquemment plus sensibles et éprouvent aussi plus vivement toutes les affections de l'ame.

35. Les Princes d'Orange appelèrent les Muses, les sciences et les arts dans la ville d'Amsterdam.

36. Ils la firent sortir comme par enchantement des sables de l'Amstel.

37. La mort glorieuse mais déplorable de *vader Wilhem ;* il fut assasiné à Delft, par Balthazar Gérard en 1584.

38. Le congrès de Vienne.

39. Marie de Bourgogne, fille de Charles-le-Hardi (de la dynastie de France) porta les dix-sept Provinces dans la Maison d'Autriche par son mariage avec l'Archiduc Maximilien, fils de

l'Empereur Frédéric, en 1477. La possession de nos Provinces par l'Autriche ne semblait convenable ni à ses intérêts ni aux nôtres; nos Lions supportaient difficilement la domination des Aigles.

40 - 41. Adolphe de Nassau, Empereur d'Allemagne en 1291, il était le plus illustre guerrier de son tems.

Guillaume, *vader Wilhem.*

Guillaume, Roi d'Angleterre.

Tous les Princes de cette maison marquèrent par d'éminentes qualités.

Maurice, fils de *vader Wilhem,* est compté parmi les grands capitaines de son siècle, il raffermit l'édifice de la liberté fondé par son illustre Père.

42. En 1793, le Prince d'Orange, actuellement notre gracieux Souverain, fut Commandant en chef de l'armée hollandaise; il soumit la forteresse de Landrecies en Hainaut, aux Puissances alliées, en 1794.

43. La même année, le Prince contribua beaucoup aux victoires des troupes alliées; la Sambre s'empresse de raconter ses exploits aux Nymphes de la Meuse.

44. Les environs de la Sambre et de la Meuse dans la province de Namur.

45, 46 et 47. Le Prince Frédéric d'Orange, frère de S. M., fut blessé à la bataille de Wervick sur la Lys en Flandre le 13 Septembre 1793; il commanda l'armée autrichienne en 1796, prit d'assaut le fort de Kehl sur le Rhin, où il fut encore blessé, il mourut Général (*Veltzuigmeester*) au service d'Autriche, à Padoue, en 1797.

48. Buonaparte; son retour de l'île d'Elbe.

49. Il veut resaisir sa proie; opprime de rechef la France.

50. Le Prince héréditaire, *notre Lion Belgique.*

51. La bataille de Waterloo, dans le voisinage de la Sambre.

52. Le Prince héréditaire.

53. Bellérophon s'empare de la chimère; Buonaparte éprouve les chances du sort; il mord sa chaîne sur un rocher sauvage et désert.

54. L'auteur dans son épître au vainqueur de Waterloo, et

immédiatement après cette bataille, prédit au Prince son mariage avec la grande Duchesse de Russie et la naissance d'un Prince.

55. Le mariage du Prince.

56. Nous devons cette illustre et heureuse alliance à la prudence et à la sollicitude de notre Roi.

57. La mer méditerranée.

58. Le fanatisme Mahométan sorti des ténèbres de l'Asie, caractérisé par l'astuce et la cruauté de l'imposteur Mahomet.

59. Notre alliance avec l'Angleterre (les Lions avec les Léopards) contre le Dey d'Alger.

60. L'artillerie.

61. Les vainqueurs d'Alger firent rendre les tributs extorqués par les corsaires et les pirates.

62. La parque garnit d'or et de soie le fuseau dont elle file les jours de nos Souverains chéris.

63. Minerve, la divine amie de notre auguste Reine ; elle préside aux arts et dévoile à l'excellente Princesse les mystères de l'art de la peinture, que S. M. cultive avec succès.

64. Les grâces l'assistent à l'envi dans ses ingénieux travaux.

REGINÆ NOSTRÆ OPTATISSIMÆ NATALEM CELEBRAMUS.

Inclyta Palladias princeps est quæ colit aras,
Illustratque colens, celsum sed dicere nomen,
Quidquid vota ferant, humilis non audeo vates.
Sedula divinas ut honoret et evehat artes,
Et se dedat iis (1), condigno pandere versu
Musa tremit, tantisque fugit conatibus impar;
Et par quando foret, meritas depromere laudes,
Anxius aggrederer: timor est turbare modestam.....
Impatiens sed enim fari gratissima Belgis
Et Batavis cupio: vicerunt vota timorem!
O Te, quam nostro concessit Olympus amori,
Nassovio cum Wilhelmo, diademate cinctam
Te, Regina, cano. Lubet hìc modulamine dulci
Natales celebrare Tuos et sidus amicum,
Quô surgente, optata comes Tu lucis ad auras
Surgebas: vivum sidus, sed suave micabat,
Quale solet, populis si gaudia nunciat et spem:
Sic placet, astriferas aliquando notare per arces,
Excelsis in conciliis quid Numina faustum
Terrigenis statuant; et sic feliciter orbi

Venisti, Princeps, generoso sanguine creta,
Cretus et unde fuit Fredericus nomine Magnus (2),
Castalidûm ad palmas Martis qui junxit honores.
Gloria perstat huic nunquam moritura Borussis!
Sed nobis, ô Dì, donum præbêre nequîstis,
Principe quod tantà pretiosius accidat ullum,
Dum Belgas supra Batavosque addicta fuêre
Olli sceptra, quibus (thalami cùm fœdus inîsset
Nassovii) gentis nomen relevare juvaret.
Numina dilectæ tantam concedere genti
Quæ voluêre, omnes spondent, hac auspice, laudes;
Provida, promissisque fidelia Numina stabunt,
Jamque stetère, vigil simul ac Lucina recepit
Infantem, tenero spectabat amore tenellam,
Et gratata sibi, regalis ad ubera matris
Te, Frederica, ferebat ovans, vagitibus alma
Occurrens nunc te gestu, tum voce serenat,
Illiùs et comites (quarum numerosa caterva)
Mollia verba sonant, sociata juvamina dantes.
Ludit ibi Zephyrus, Geniique vagantur amœni,
Officiosus eò celerat Deus aliger, et mox
Jussa rogat, data curat, et appetit aëra pernix;
Ecce plagas radit liquidas, exultat in auris,
Et natam, natam Fredericam clamat ad omnes.
Astra supervadens levis involat atria Divûm,
Quæque dedit Lucina, refert hìc nuncia promptus;
Nobile gaudebat munus caducifer Hermes,

Et magìs acceptus non umquam venerat hospes,
Blandaque cœlestes init oblectatio mentes.
Excelsus Genitor, qui præscius omne tenebat,
Subrisit genito, et vultu quo pectora mulcet,
Jussa dat: extemplò Tritonia Virgo, canoræ
Pierides et Acidaliæ venêre Sorores (3),
Lucis in oceano splendebant murice et auro,
Et spatium citiùs, pennatâ gente, secantes,
Insimul ac hilaræ properant ad Teutonis oras (4).
Suevus ubi maturat iter declivis ad Albin (5),
Et junctis Nymphæ conspergunt fluctibus arva,
Artibus excellens, opibus, belloque superba
Urbs viget, antiquas quæ tollit ad æthera turres,
Hìc Frederica datur; tantis natalibus urbs es
Inclyta, nec tali posthac fulgebis honore,
Berlinum! Levipes sed majestate verendum
Convolat hùc agmen, cantamine regia sancto
Atria delectans, et jussa facessere certant
Intentæ cunis omnes, ubi regia proles
Belgis et Batavis regina futura jacebat (6):
Gnaviter hìc sese glomerant et lumina figunt,
Una cupido Deas et prolis amor trahit unus;
Ad plantam vigilat sic sedula Chloris amatam,
Cui decus et laudes gemmata per arva spopondit,
Hanc tutatur, alit dans incrementa calore
Sub placido, surgitque dein flos gloria veris,
Flos, alternatim cui dant præconia Nymphæ.

Sub sanctâ proles dum cresceret ægide sospes,
Dilectamque super cæleste Minerva vocaret
Lumen, ad hasce statim luxit fax vivida cunas;
Et collucebat Frederica salutis ut astrum.
E fluviis sylvisque illuc celerare Puellæ,
Et festo, prolem circùm, se tollere saltu,
Perque vices illam versare, sed impete miti
Versare atque levare, iterùmque levare jocosæ,
Ùtque volebat Apollo, Novem voluêre Sorores
Igne suo, Frederica, tuum pervadere pectus;
Plena dabant manibus Parnassia munera plenis,
Nec sua cessabant afflamina fundere blandæ,
Et lauros agitare sacrâ te fronde tegentes,
Pollicitæ sibi quanta fores Patrona suorum;
Prosiliunt et eò tibi lumina amœna gerentes
Ingenuæ Charites, princepsque venusta venustis (7)
Motibus Aglaie ludit, comes ecce Thalia,
Euphrosyneque rosas spargunt, rutilisque corymbis,
Quos nuper Zephyrus tulerat, cunabula natæ
Augustæ cingunt: tactu monstrare sagaci
Contendunt magicas ut formas indere nutu,
Incultumque polire, unà decorare politum,
Et semper lepidæ nôrint regnare cupitæ,
Miraclique typum tribuêre, typumque potenter
Selectæ prolis molli impressêre medullæ.
Tum, Frederica, tibi vehemens ad Apollinis artes
Est amor ingenitus, sibi sed Tritonia Virgo

Provida Palladias curabat crescere dotes,
Diva suas etenim non obliviscitur artes,
Servare atque augêre illas tibi munia ponens.
Præsidio sub celso, Infans pretiosa, manebas,
Et duce non viso dum compita jussa tenêres,
Ingenium et virtus ibant properantiùs annis.
Sic aliis quod rarè ætas maturior affert,
Præpete ferre tibi Tempus non hæsitat alâ,
Cælitùs et cœptum quod erat, solerter adimplet:
Lætus obedit Hymen, tædisque faventibus ad te
Wilhelmum ducit, Wilhelmum nomine clarum
Nassovio: celebres atavi diadema gerebant (8)
Cæsareum, sceptrumque dein tenuêre Britannum (9);
Is tantus sua fata tuis ardebat in uno
Stamine connecti, stamen quod rumpere Parca
Nolet, eritque dies evolvere prompta decoros.
Jam binas unâ sub lege rejungere gentes,
Hasque attollere amor Vos incitat unicus ambos,
Insignire procul nostrum qui nomen avetis.
Spirat, io! jam prognies, cui splendor avitus
Carus erit semper, priscos nam pascet honores:
Wilhelmus vix vir retulit modò præmia victor
Martis opima, suo confirmans sanguine fœdus
Nostrum cum Batavis; sociis sors celsa paratur
Gentibus; hùc Aquilæ properant, properantque Leones,
Unito qui procedent conamine gnavi.
Invideat nemo, sors est quæsita labore (10),

Quæsitum virtute decus virtute tenêto,
O heros, patri similis stes acer in armis (11),
Eximiâ nos laude tuâ gaudêbimus omnes;
Par et erit fratri, Frederica, tuus Fredericus (12),
Ingenio princeps et amabilitate notandus.
Annis a teneris dotes Marianna sagaces
Jam probat, et matris laudanda meretur amorem (13);
Spes et Alexandri soror est uberrima nobis,
Nassovios dedit et rursùs dabit Anna rogatos (14).
Intereà cum Wilhelmo, Frederica, tuorum
Aspirans efferre decus, constanter alebas
Semina, quæ flammæ fuerant tibi fusa sacratæ,
Et validum tenuis scintilla flagravit ad æstum:
Artes ad quasvis, quosvis et ad artis alumnos
Usque intenta manes, fœtus nec negligis umquam
Palladios, quos ipsa fovens tam prodiga nutris (15).
Patri id Olympiaco retulit Tritonia Virgo,
Castalidesque suam te concinuère patronam;
Suavia dum citharis numerosaque carmina fundunt,
Fama tubis, dilecta, tuum sonat undique nomen.
Ingratæ nec erunt, quæ tot benefacta disertæ
Narravère Deæ: de montibus, euge! canoræ
Aoniis ad te redeunt, Frederica, phalanges;
Aspice laurigeras, ostentant munera Pindi,
Et sceptro, Regina, tuo favor advenit omnis.
Nobile se jactat retulisse Minerva tropæum,
Obque suam lætatur amica fidelis amicam,

Usque memor promissorum, memor usque diebus
Ut primis gavisa tuis, de te decus ingens
Sperârat, nec spes Divam delusit inanis:
Tendere ad augusti potis es penetralia templi,
Numen ubi non ulla sagax mysteria velat;
Hic illustris alumna alias præcedis alumnas,
Ullaque divinæ non est tam chara Magistræ;
Nam telas quoties animare coloribus optes,
Maturat cæleste tibi conferre juvamen,
Et Genii et Charites adstant servire paratæ.
Per te nos celebres, quâ laude carebimus exin?
Hisce diù donis, Regina, maneto beata,
Regius et conjux tecum Wilhelmus eâdem
Sorte beatus erit, radiisque decorus iisdem.
Dona super Vos munificus profundet Olympus,
Erigere alta magis Vos ad fastigia spondens.
Cuncta, sub hoc sceptro, spirabunt pectora Vobis,
Durabuntque dehinc amor et veneratio nostra,
Optati Reges, donec durabitis et Vos,
Ulteriùsque, sed hâcce die, pellamus amara
Cordibus e nostris, et si Libitina ferire
Improba Vos tentat, falx protinus excidet illi (16),
Ut petimusque, fluent multa et pulcherrima lustra.
Acceptas, Frederica, precamur habeto corollas,
Quas læti ferimus, festique e floribus ipsi
Nexuimus: quâm felices si sæpè daturi!
Exiguum, sed corde datum tu munus amabis,

Parvula sic grandes æquare corolla coronas
Et nostrum poterit celebrare decenter amorem,
Quem bona tu princeps non dedignaberis umquam.
 Sæpè redibit amœna dies, solennibus aræ
Ignibus ardescant, grates ita dicere cœlo
Convenit unanimas et collaudare sagacem
Et placidam nobis Fredericam; vivito, Princeps,
Fortunata diù, quæ gloria spesque tuorum,
Deliciæ gentis, solamen et omnibus almum
Semper eris. Crescent ad olivas Aurea Mala,
Gloria regali deerit non ulla marito,
Tuque gerens Palmas, servabis dona Minervæ.



NOTES.

1. Notre auguste Reine honore, favorise et cultive les arts.

2. Le grand Frédéric, Roi de Prusse, guerrier, philosophe, ami des Muses.

3. Minerve, les Muses et les Grâces.

4. L'Allemagne dite Deutschland du nom de l'ancien roi Teuto.

5. La capitale de Prusse est située sur la Sprée qui tombe dans l'Elbe.

6. S. M. la Reine, enfant qui faisait l'espoir et était destiné à devenir le bonheur des Belges reconstitués avec les Bataves.

7. La première des Grâces.

8. Adolphe de Nassau, Empereur d'Allemagne en 1291.

9. Guillaume de Nassau, Roi d'Angleterre en 1688.

10. S. A. R. le Prince d'Orange.

11. Les exploits du Prince.

S. M. le Roi a commandé un corps d'armée pour les Puissances alliées.

12. S. A. R. le Prince Frédéric.

13. S. A. R. la Princesse Marianne.

14. S. A. I. la Princesse d'Orange.

15. Minerve préside à la peinture que notre bien-aimée Reine cultive avec succès.

16. La mort laisse échapper sa faux, elle n'osera moissonner une Souveraine qui nous est si chère.

REGIÆ CELSITUDINI, WILHELMO ARAUSIACO PRINCIPI.

Magna canens, gentis renovo modulamina magnæ (1):
Candida sic Clio, celebris sic Fama volebat.
Psallite, Castalides, citharâ victrice cohortem
Inspirabis, Apollo, tuam, tu præses ovato,
Naiadesque, Sabis placidas quæ volvitis undas,
Et Genii et Dryades, pariter celebrate domantem
Heroëm nostrum; Mars et Bellona benigni
Hunc aluère et alent; alacrem modo vidit Iberus
Prælia per multa, et nuper Victoria lauru
Impavidum cinxit juvenem: profundite flores
Festivos, Nymphæ, flores innectite lauris;
Ferre huic egregiâ par est de fronde coronas:
Quisne meret tantas? patriam discrimine sævo
Exemit fortis, fortissìmus ille labantem
Sustìnuit patriam, sceptrum servavit et aras,
Et leges, gentis priscos evexit honores (2)
Wilhelmus, teneris dux inconcussus ab annis;
Namque ruina, neces, vis impia, livor Averni
Irruere instabant nobis, heu! jamque ruebant.....
Dum prædas usque explorans, inhiansque revulsis,

Carcere de Tusco furibunda recurrit Hyæna;
Ungue, gulâque ferox iterùm polluta terebat
Lilia; vindictas, strages atque horrida quævis
Dirus anhelabat vastator, prævia mors et
Terror erant, furiisque suis et felle catervas
Armârat, quas innumeras hùc impulit ultor;
Sed procul has abigens, Wilhelme, tropæa reportas:
Te Batavus veneratur, amat; te luget amarè (3)
Germanus discedentem, tibi plaudit et omnis
Undique Belga, suo jactans te sanguine cretum,
Gavisusque decus tantum peperisse superbit;
Nam nos stemma tuum, Princeps, possedimus, ante
Insignis quàm Wilhelmus Mavorte tremendus (4),
Per pacem quoque famosus primordia rerum
Fundaret, quas Oceano Scaldique frementi
Eripiens, magnas opibus stabilivit et armis,
Invictum legans Batavis in sæcla Tridentem;
Fluctibus impostus domitis, domitavit Iberum,
Danubium vicit, Themidisque vocatus ad aulas,
Inde habuit leges, genioque creata potenti
Omnia vivificans, culmen provexit ad altum:
Inclytus ejus honos fulget per sydera fixus!
Vitales si Belga viro non præbuit auras (5),
Attamen illiûs juvenilia lustra fovebat,
Et meritò gaudet Batavis formasse patronum.
Hunc Gorduna suum vocat Urbs et honorat Alumnum,
Namque memor semper manet: imperiosa stat ædes (6)

Illius ad Scaldim, legem quasi diceret undis,
Principibusque ab Arausiacis via Arausia dicta (7)
Scandit eò, et priscos hùc indicat usque patronos;
Elatas ædes, humili de flumine, Nymphæ
Spectabant, socioque diù clamore vocârunt (8)
Nassovios tam dilectos: reducesque vidêre
Jam licet, et regem per gaudia multa salutant
Wilhelmum, fixoque illum dum lumine cernunt,
In domibus saliunt liquidis modulamina dantes;
Nassoviûm Scaldis qui denique jussa capessit,
Munifico grates non cessat pendere cælo!
Gloriæ Arausiacæ, Wilhelme, et nominis hæres
Sæcla tuis miranda paras, gentemque potentem
Tu condes; annos jamnunc sapientia, virtus
Et laus excedunt teneros; stupuêre phalanges
Indomitæ, hostiles solus tu quando ruebas
In gladios, spernensque neces, ærique tonanti
Obstans, ô Princeps, Tellurem sanguine mersam
Intrepido pede calcabas illatus aperta
In fata; hùc ibas calcari pressus avito!
Sic nemorum dominus truculentæ immissus arenæ,
Bruta in sæva ruit, madidusque cruore feroces
Ictus incurrit, præpesque recurrit ad illos,
Proximior necibus, necibus generosior adstat,
Incensumque pericla acuunt et mortis imago.
Sæpe, heros, ad te falcem Libitina tetendit (9),
Estque secuta minax liventia lumina torquens,

Et tetigit, tetigit..... Dolor aut furor omnibus anceps
Illico stat, cædes cessat..... Sed rursùs anhelans
Mars furit et stragem populator atrociùs urget.
Æolus haud aliter, momento temporis uno
Pacem mentitus nimbosa recurrit ad antra,
Tumque repentè novo turbans elementa fragore,
Per quassas reboat nubes; palatia, turres
Dejicit et sylvas; rabie propulsus adauctâ
Dum ferit et jugulat miles, iterata dolensque
Vox sonat ad Belgas: « Vester cadit, ah cadit heros,
» Hùc properate, viri, servent hunc Numina vobis.....
Vi magicâ accurrunt omnes: mox *Septima* murum (10)
Æratum facit ecce *phalanx*, frendentibus obstat
Hostibus, invadit turmas, et alacrior Euro
Dilectum inde ducem rapit: ah! candentibus ulnis
Sanguis abit roseus, lato fluit ore per artus;
Corda dolor, veluti mucro, pungebat acutus,
Sed vindicta premit; succedunt luctibus iræ,
Et ducis ulcisci vulnus mens omnibus una est.
Wilhelmum superi firmant, curasque medentûm
Aufugit impatiens, patriæ mala, non sua sentit;
Voce animat, trahit exemplo, dux sustinet omnes
Conatus, et ubique vigil discrimina quærens
Consistit, mediis ut in æstibus ardua rupes,
Oblitusqus suî deplorat fata suorum......
Cæca furit rabies, Vulcania fulmina turbas
Exanimant, flammas Deus ignifer evomit ipse,

Cyclopesque ciens elementa voracia vibrat,
Efferus et saltat per strata cadavera Mavors;
Unà adigunt miseros cives per tela, per ignes
Cædibus alternis occumbere; pallida regnat
Mors, incerta volat Victoria, lumine blando
Magnanimum sequitur juvenem, miratur, amatque.
Vulnera non curans dux permanet acer in armis,
Fertur et in densas ultro citroque catervas.
A superis data Wilhelmo vis bracchia firmat,
Et crebrò Herculeos ictus juvenilia librant.
Undique Wilhelmus ferit, et ferit undique victor:
Nec mora, Gallorum turbas dirumpit et arcet,
Dumque animas cum felle vomunt, volvuntur ad orcum.
Per te fecit amor patriæ miracula tanta,
Insignis Princeps, meritasque assumere palmas
Abnuis, atque aliis referens tibi nata tropæa,
Belgis signa tuis offers victricia gratus (11).
Augustam quia progeniem, regemque futurum
Sanguine, Belga, tuo servâsti, dona merêris;
Tuque ferox adeò nostrum, Libitina, sub umbras
Volvere Nassovium, Belgasque operire cupressu
Auderes? alibi mete, sed mandata rogato
A Superis, flexoque genu, submissa precare.
Sæpiùs heroem per sæva pericla vagari,
Pugnis in mediis perfundi sanguine multo
Exsanguem prope, tumque manu quæsita domante
Præmia ferre, triumphalesque ascendere currus,

Hæc condigna fuêre tropæa; ita crescere laudes
Et dare opem, Wilhelme, volunt tibi numina sanctam.
Conferto solus dum circumfunderis hoste,
Ignivomo obrutus imbre, manus attenta Minerva
Porrigit, e trucibus te raptat amica periclis,
Et falcem cohibens Libitinæ comprimit iras.
Mirata et lugens crudele, Brabantia, bellum
Vidisti, bellum lauris sed luctibus ingens:
Inclyta Wilhelmi tu nunquam gesta silêbis,
Auspice nam supero, semper securus et audens
Pugnabat ductor, nullo superandus ab hoste.
Stemmate ab insigni reges concessit Olympus,
Et Genio sub Arausiaco sors alta paratur:
Gueldria jam pridem, Nassovia, Arausio leges (12)
Indè, suosque habuêre duces, venerantur et usque:
Cæsareo cinctus diademate fulsit Adolphus,
Sceptraque Wilhelmus postinde Britanna gerebat.
Quanta propago! nepos per vincula dupla rejunctus
Illius es magni Frederici, gloria cujus
Fortunata decem luxit per lustra Borussis;
Splendida tot radiis astas, ô Arausia proles,
Eximiasque trahis Patrum de sanguine dotes.
Macte animo, Princeps, tibi non moritura dicamus
Vota, et amor vivet, veneratio sicuti nostra,
Durabuntque velut tua laus, quæ funeris expers.
Spes alimus quantas, ô nos, in stemmate tanto!
Vota quoque, augusti Rex et Regina, benignè

Accipite, ingenuum Belgarum noscite pectus,
Noscite quæ sit ibi, nostro vix cognita sæclo
Prisca fides, quæ firma viget, constansque vigebit.
Sub sceptro populos Vestro renovare potentes,
Divisumque diù rursùs conjungere regnum
Pollicitus fuerat, fidusque manebit Olympus,
Nomen Arausiacum qui celsiùs efferet exin.
  Belgas et Batavos audi, Wilhelme, precantes:
Regia virgo tuos Hymenæos appetit omnis,
Illustrem thalami sociam, ne sit mora, sume.
Hùc formosus Hymen celerat, placidusque manebit,
Et tum pulchra, patrique simillima, spondeo, proles
Nascetur, generosa, sagax, virtutibus ingens:
Axe etenim lux e supero radiabit ad illam.
Sponte et ubique tibi, Wilhelme, renata dabuntur
Deliciæ, flores et honos et gentis honores,
Unde dies per lustra fluent diuturna decori.

NOTES.

1. La langue latine.

2. En contribuant si efficacement à la mémorable bataille de Waterloo, notre Prince héréditaire a sauvé le Trône et l'Autel, la Patrie et nos plus chères affections.

3. La Hollande, Fulde, Wurtzbourg et Bamberg regrettèrent successivement le gouvernement paternel des Nassau.

4. *Vader Willem* grand dans la paix comme dans la guerre; il arracha à la tyrannie et aux flots le territoire de la république fondée par son génie et sa valeur, la rendit opulente et belliqueuse et lui légua l'empire des mers ; il vainquit l'Espagne et l'Autriche : admis au temple de Thémis, il en rapporta des lois pour le bonheur du peuple qui lui avait confié ses destinées, et qu'il conduisit à un si haut degré de prospérité et de gloire.

5. Si la Belgique ne le vit naître, elle présida à sa jeunesse, en le formant pour les grands exploits qui étonnèrent l'Europe.

6. Le palais d'Orange était dans la cité des Gorduniens (Gand), c'est à bon droit qu'elle révendique le héros.

7. La rue encore nommée rue d'Orange à Gand.

8. Les Nymphes de l'Escaut qui coule derrière le palais (actuellement l'hôtel du Gouvernement), y rappellaient long-tems des Princes chéris. Elles tressaillent maintenant d'allégresse en les revoyant ; elles portent leurs hommages à Guillaume et le saluent Roi.

9. La bataille de Waterloo, notre jeune et magnanime Héros y court le plus grand danger, il est blessé.

10. Le 7e bataillon composé de Belges court à sa défense, forme un mur d'airain autour de lui et l'arrache aux coups de l'ennemi.

11. Le Prince reconnaissant offre ses décorations aux braves, qui viennent de le sauver.

12. L'auguste maison d'Orange illustrée par la couronne impériale d'Allemagne, par celle de la Grande-Bretagne, par les souverainetés de Nassau, de Gueldre et d'Orange.

Notre Monarque chéri, petit neveu de sang et d'alliance du Grand Frédéric, Roi de Prusse (le Salomon du Nord) qui étonna l'Europe en résistant à ses efforts réunis contre lui ; sa gloire brilla pendant dix lustres sur un trône élevé par la bravoure et le génie, et consolidé par la sagesse ; nos Nassau sauront répondre à tant de souvenirs.

AMATISSIMIS PRINCIPIBUS, FREDERICO ET LUDOVICÆ, EPITHALAMIUM.

Surgit ab axe dies felix et candida Belgis,
Hùc estote precor, Musæ, properantibus alis,
Et Genii et Nymphæ, nemorumque marisque Puellæ
Festinate; Venus, sacræ dux ito phalangi;
Conciliate lyras, tensisque ad jubila plectris,
Tollite Apollineos resonum super æthera cantus;
Et tu, Chloris ovans, manibus da florea plenis
Munera, vera diem testentur gaudia festam.
Augur ego trepidus, vestris afflatibus audens,
Carmina principibus fero connubialia nostris.
Ecce Hymenæus adest, illustre et amabile fœdus,
Quod Superi sanxêre, Polo proclamat utrique;
Vivida namque diù cupiit per vota Leones (2)
Denuo Nassovios Aquilis sociare Borussis.
Noverat ut, socio pede, culmina scandere summa,
Utque decore queant sese exaltare novato:
Teutonis ad terram pernice evecta volatu
Fama virum tulerat, de laude et amore suorum
Multa et multa sonans, miracula magna reportat:
Arida ut emollire et avara recludere possit

Ubera Telluris, patriæ qui se vovet omnem,
Cujus et ad vocem primos experta ligones (2)
Paret humus fruges fundens et mella colono.
Nupta rosis halat myrtus, quos Cypria virgo
Diligit, accurrunt omnes, lepidique jocantur;
Prævius ecce aliis Anemonæ indutus amictu
Gestit, et omnigeno fulgore superbit Adonis,
Advolitansque repente columba revelat amorem,
Provida quem placido portenderat omine Diva.
Lætus Hymen, Frederice, sacrâ de fronde coronam
Nexit, et ecce lubens tibi dat, Paphiisque decorum
Prussia muneribus non adversata videbat:
Et vix vidit, amat, majoraque munera ferre
Est animus: regum formosa e sanguine virgo
Prodit, et incantans rapere ad se pectora novit:
Et magicâ vi rapta tenet; magìs omnibus unam
Dilectam ostentant, et eunt comites, et adornant
Assiduæ Charites; decus hoc Alemannia præbet
Blanda tibi; cor virgo tuum mox vicit, et ipsa
Illico victa tuis sinceré obsistere votis
Non potuit, Lodoica suo se dat Frederico.
Tæda tibi, Princeps, faustèque diuque jugalis
Luceat, hanc Hymenæus alet, constansque fovebit (3):
Belgarum et Batavûm quantâ dulcedine mentes
Implêsti, gentem tantâ qui Principe ditas!
Munus ob eximium, flexo gens poplite grates,
Fragrantes inter thuris conclamat acerras.

Cordibus in nostris cari qui vivitis ambo,
Vivite contenti splendore thoroque sodales!
Hinc Vos gentis amor turritâ firmior arce,
Et virtus numquam superanda tuebitur, illinc
Aurea sub tecto vos Malus obumbrat odoro,
Flores et fructus elargitura perennes;
Implorasse sat est, vultu Pater altus amœno
Annuit, et promissa tibi, Par nobile, lustra
Plena decore fluent. Auroram cerno serenam,
Ulteriùsque secunda ferant quid fata, recludo:
Nascetur similis Vobis, virtutibus ingens
Et Genio proles miranda, a stirpe Leonum
Creta et corde Leo, portentoso ardua nisu
Appetet, et belli discrimen ad omne volabit,
Jam volat: ecce manu juvenili fulmina torquet,
Dumque ferit, letho dat millia multa..... triumphat,
Ipsa triumphales tribuit Bellona coronas.

Hæc ubi te proles, princeps adamate, beabit,
Deliciæ Lodoïca tuæ, placidissima conjux
Sorte beata pari, pari erit condigna favore;
Ambrosias gustate dapes et Nectaris haustus,
In terrâ cœlum sic anticipabitis ambo (4);
Sanctus amor patriæ vestris in cordibus ardens
Per genitos flammam dabit exardescere eamdem:
Lauru cincta suos stirpisque attollet honores
E vestro ventura thoro (spes nostra) propago,
Lætus ibi multos cernet pulchrosque nepotes

Insigni diademate avus redimitus uterque;
Cum Frederico ævum specta, Wilhelme, futurum,
Lucida prædicunt eventus omina faustos.
  Gloria Nassoviûm per edacia secula sospes
Ibit, et indictos peraget non torpida cursus;
Ad lauros quercus, sub quercu surget oliva!
Centum Fama tubis nomen memorabile clangit,
Clangit et æternæ transmittit ad atria Cliûs.
  Omne decus spondent cum Marte, Minerva, Venusque;
Hosce vide, Frederice, vide, Lodoïca, patronos:
Ægide felices clarique vigête sub illâ (5),
Ob vos cum Batavis Belgæ gaudebimus omnes,
Ante alios et ego, modico qui carmine magnum
Pandere principibus tantis enitor amorem.
Vatem audite boni, vatemque animate benigno
Lumine sincerum: volupe est mihi, dummodo Vobis
Non ingrata sonet lyra, quam pulsare verebar,
Et placeant, hilari quæ promo pectore, vota,
Vota repercusso modulamine concinit Echo!



NOTES.

1. L'alliance réitérée du Lion de Nassau avec l'Aigle prussienne.

2. La bienfaisance et les sentimens philantropiques du Prince Frédéric ; sa vigilante sollicitude en faveur des indigens, défrichement des terrains incultes, colonies, etc.

3. L'illustre alliance du Prince ; elle sera heureuse et durable, elle nous comble de joie en donnant une Princesse accomplie à la dynastie des Nassau.

4. Le bonheur des augustes Epoux, leur fera savourer un avant-goût des jouissances célestes.

5. L'Hymenée, Mars et Minerve promettent prospérité et gloire.

IN CÆDEM EGMUNDI.

Annales, ô Musa, precor mihi pande cruentos,
Belgarum quos terra tulit memorato dolores,
Quid patriæ, dic, possit amor, quid Martius ardor,
Quid veneranda queat virtus! Ut regis iniqui
Sub furiis, dic, occiderit vir, flebilis orbi
Victima, labenti patriæ succurrere tentans;
Victima, quam lacrymis revocamus inanibus usque,
Et Genii quâcum queruli fugêre sub umbras!
Lustra decem bis erant a tempore lapsa fugaci (1),
Quô thalamos dux ascendens Burgunda jugales (2),
Austriacisque Aquilis nostros largita Leones,
Cæsareo sua nexuerat cum Principe fata (3).
Prosperitas Famam diuturna creaverat altam (4),
Et Belgis arridebat Fortuna beatis.
Lumine successus magnos speculata maligno
Invidia, exsangues sibi sæva suos vorat artus,
Et vocat Anguicomas, quas ilicet evomit Orcus (5).
Faucibus ex imis irrumpunt agmine facto:
Nec mora, pestifero temerantes æthera flatu,
Felle madent infernali; præcurrit anhelans,
Quam tenebræ genuêre atræ, fanatica pestis,

Et stygiam sequitur turbam discordia demens.
Imperio tunc Hesperios Belgasque premebat
Durus et immitis rex (6), mens cui nescia flecti;
Hunc Furiæ invadunt, fanaticus insimul angor
Sæviter exagitat, velutique immunda Celæno (7)
Tactu commaculat; Vesanis cedit adactus
Consiliis et confuso jactatur in æstu,
A superis concessa procul lux aufugit illum,
Inque mala, erroresque novos novus injicit error;
Relligio, donum cœleste, ab origine sanctâ
Ad probrum detrusa et dedecorata jacebat,
Et solamen ubi fuerat, tribulatio nunc est:
Fecisse haud puduit de relligione flagellum!
Dissidia infestus sic sanguinolenta fovebat,
Hasce plagas qui jussus erat disperdere, dæmon,
Infelix et signârunt deliria seclum,
Quod gemebunda diu Clio (8) meminisse negavit:
Stringere corda metu, populis inferre tremorem,
Comprimere et torquère omnes, obtrudere sacra
Per gladios mysteria, rex insane, volebas:
Sed lumen, quod terrigenis divinitus axe
Funditur a celso, per vim non incutit ullus:
A Divis ad corda venit fax lucida veri,
Vadit eòque comes spontanea suasio, miti
Sed valido semper demulcens pectora motu.

Servitio dum Belga sub inclemente gemebat,
Spes abjecta, dolorque malis obstacla parabant,

Unitâque infrænârunt vi sæpè tyrannum.
Aëriis ita tempestas a montibus imbres
Projicit ad valles, et humum discindit abyssis,
Tumquc obices a sulcatis glomerantur arenis,
Ad quos impetibus volvuntur inanibus undæ,
Illuviemque obices, quos fecerat ipsa, coërcent,
Sic mala et ipsa malis aliquando potentiùs obstant.
Iram et vindictas tumido sub corde volutans,
Propositis rex obduratus inhæret acerbis:
Arma, viros, Martis tormenta, bitumina, sulphur,
Vipereosque dolos fluitantibus arcibus infert:
Cuncta vigil cogit, dat et instrumenta furoris
Albæo (9), *Albæi* memorat perterrita nomen
Mnemosyne (10); sortem, Belgæ, lugête futuram......
Complacet *Albæo* mandata capescere iniqua,
Innocuæque flagella ferens immitia genti,
Injunctos curat servilis atroxque furores:
Eumenidum vix constat opus, cùm nocte sub atrâ
Insidias odiumque vehens per Nereos arva
Attoniti, nostras fertur truculentus ad oras;
Ultio vim stimulat, Tellus ubi Belgica littus
Præbet, eò ruit impatiens, furibundus ovile
Non aliter lupus invadit jejunia passus.
Quòvis prorumpat, terror præcedit et angor,
Et gressum gemitus, cruor et mors pallida signant:
Dum ferro terram latè populatur et igne,
Undique lugubris consurgit ad aëra clamor:

« Horrida clementes avertite fata precamur,
» O superi, superi, mala vos hinc pellite tanta,
» Et deplorandas si res evertere nostras
» Sit placitum, celebri si finem ponere genti
» Parca velit, laudes ò! vos agnoscite avitas,
» Indecoresque haud occumbant, queis Fama decora
» Perstitit: ah! finem famâ concedite dignum......"
Cœlestes animos miseranda precatio lenit,
Et gentem rutilâ spectant ex arce faventes:
Rebus in adversis Belgarum condere nomen
Ingens polliciti, civem virtute supernâ
Ecce replent, et ad hunc, sancto cum lumine, robur
Profundunt; Patriæ columen sic prodit et ultor,
Cui nomen stat morte carens, *Egmuntius heros* (11),
Insimul adveniunt spes et fiducia Belgis;
Haud secus effuso jactatus turbine nauta
Horrisonas nubes et hiantes inter abyssos
Sperat, ubi Phœbus dirumpit Tethyos iras,
Et radio tandem relevat solante trementem;
Sic etiam Belgis apparuit inclytus heros,
Gloria jam patriæ pridem qui luxerat et spes:
Austriaco juvenis cum Cæsare ductus in Afros,
Prælia tentârat nullis domitoribus impar,
Impatiensque nimis dum quæsiit omne periclum,
Impavidum juvenem constante sub ægide texit
Numen ibi vigilans; ejus nam nomen iturum
Celsiùs asseruit, majora tropæa futuris

Assignans pugnis, dum laus, crescente periclo,
Cresceret insignis; Maurorum invadere turmas,
Mœnia nec timuit Tuneta evertere vix vir
Egmundus, rabiesque Otomanna ubi fracta jacebat,
Signa super victas fixit nostratia turres,
Lunigerisque crucem Turcis monstrabat ovantem.
Christiadûm Ottomanis tunc millia multa catenis
Exivêre, dies in fastis fausta notatur;
Ef provecta virum quando perfecerat ætas,
Ad muros quoque Quintinos, Gravelina et ad arva
Victor erat subigens immani Lilia clade,
Lilia quæ vultu steterant elata minaci,
Mars et ubi fuerat largitus opima tropæa,
Fronde tulit de victrici Bellona coronas,
Inque triumphali voluit considere curru.
Eloquio, Genioque potens ad fœdera missus
Sæpius orator (12) cuncta ad se corda trahebat;
Vidisti mirata virum, Germania, nostrum,
Tu quoque vidisti mirata, Britannia; reges
Et vos Liliferi (13), præconia dicite, namque
In Duce magnanimo mentem novistis acutam,
Et sophus et victor gemino ibat honore coruscus;
Virtute eximius titulos æquabat avitos
Patronus noster: Frisonum e stemmate regum,
Qui bello quondam celebres, Egmuntia surgit
Stirps (14); Bavaris e principibus concessa Sabina
Heroi conjux dignam se conjuge tanto

Præbuit, et tædas dum Hymenæus alebat amœnas,
Illustri e thalamo numerosa decoraque venit
Proles delicium, decus et spes lauta parentum;
Felix, ter felix, si sorte retentus in illâ
Mansisses patriæ, vir magne, tibique, tuisque!
Ast aliter voluit fatum, implacabile fatum,
Et fato cedes qui nusquam cesseris hosti;
Invigilans Belgis, Belgarum incensus amore,
Semper et intentus, vehemens quò calcar adegit,
Oppressos vinclis cives educere avebas,
Et tuus inde labor rixas sopire cruentas,
Et plagis, quas intulerat fanatica labes,
Viribus e totis, genioque sagace medêri;
Antiquas leges et libertatis honores
Sic defendebas contra deliria regis;
Nec te lassârunt nisus, Egmunde, labosque:
Afflicto e Scaldi furibundum incurris Iberum (15),
Ausus eò luctus justasque referre querelas,
Ausus et ingenuæ violata reposcere jura
Gentis, ibi solium supplex sed firmus adibas,
Flexanimo sermone petens quod iniqua potestas
Abstulerat, fidisque negabat reddere Belgis;
Vana sed, ah Heros, molimina vana fuêre!
Unde dolor veluti cuspis te pünxit acuta,
Quæque obtrudebat crudelia jussa tyrannus,
Intrepidus verusque facessere Belga negâsti (16),
Illius inde arsit vindicta et sævior ira,

Inde Erebi quoque frendebat vis felle novato,
Nam furiæ regem non laxavêre tenaces,
Et fallax formas est ementitus amicas,
Illustri polluturus mox sanguine sceptrum......
Non secus astuto sectatur lumine prædam
Insidias vulpes versare dolosque perita:
Ad gentem, vir, ubi revolas optatus amatam,
Larvata et pede ibi graditur vindicta maligno,
Lethiferumque silens acuebat et anxia ferrum;
Non latuêre doli, sed fortis amore tuorum,
Ut leo, dira cui stimulant discrimina vires,
Grande piumque (tuos defendere) munus adimples.
Impatiens reducem te Belga petebat ubique;
Magnanimum rursus te contemplatus amicum,
Affluit exultans, lacrymis tibi fausta precatur,
Lucebasque tuis felix quasi civibus astrum,
Et patriæ quamvis miseræ dirumpere vincla
Tentâsses frustrà, præcelsa sed ardua constans
Munia adhuc sequeris: monitis sedare furentem
Albæum, ratione æstus cohibêre feroces
Cura fuit; cautum te Margareta virago
Novit et intrepidè Belgarum jura tuentem;
Laude virago ingens! non ulla ingentior esset,
Consiliis, Egmunde, tuis si adjuta labantes
Cautior et moderata magìs tenuisset habenas;
Sed voci parêre tuæ fas non fuit illi,
Consilia elusit Genius malus optima quævis!

Quantus tu fueris, præsul quoque sensit acerbus (17),
(Infula quem cinxit) famâ notissimus ille;
Ille diu celso per Belgas munere functus,
Et sacris etsi sese devoverat aris,
Muneris oblitus mundano in turbine vixit
Servilis præsul, (sed mentis acumine rarus)
Et vafer oppressor nobis quoque vincla parabat;
Auri sacra fames et honorum dira cupido,
Cogere proh! Illuc mortalia corda potestis?
Heros sed noster surdâ vos respuit aure,
Vilibus illecebris virtus immota resistit,
Vestra potens alibi, vis hic dilabitur impos!
Nostra salus, Egmunde, tibi lex perstitit una,
Omnia pro nobis, ô vir, tua vota fuêre,
Quæ vigil et prudens atque inconcussus alebas,
Nam patriæ ducebat amor te solus et ardens,
Quòque magis tibi Belgarum sors cara tuorum,
Consilia et cepit semper truciora tyrannus;
Instat et hora, instat cuivis ah flebilis hora!
Tempus edax animis eradere nesciet illam,
Territus unde diu doluit, semperque dolebit
Belga..... struit laqueos *Albæus*, plenus et astu
Te vocat et fidum verbis seducit amicis (18),
Sic simulat, tacitumque fovet sub pectore crimen;
Dissidiis at Nassovius famosus in illis,
Prævisæ te sæpè neci subducere avebat,
Cùm properare fugam, vitare tyrannidis æstus,

Multigenosque dolos prudens suadebat amicus (19);
Provida Nassovii si vox audita fuisset,
Vixisses, Egmunde, tuis, nec pectora luctus
Belgarum anxisset, quô non atrocior ullus;
Vix aderas indefensus, veluti fera fallax
Te rapit *Albæus*, raptumque ad vincula cogit (20);
Tunc oppressores litem intendêre nefandam:
Despectam violare Themin, consurgere leges
In sanctas ausi, sceptro dixêre rebellem,
Tempora qui lauro cingi quercuque merebat (21),
Et morti addicunt..... sceleri quis credat inulto?
Addicunt morti! Nec eos insignia gesta,
Egregia in patriam pietas, nec splendor avitus,
Nec veneranda viri virtus cohibêre valebant:
Ad superos conclamabat lububriter omnis
Belga, genu rogitans flexo servetur ut Heros,
Sed spes nulla manet, nex præmeditata paratur,
Et lethum crudele, magìs crudele volentes,
Afflictæ heu! quærunt lacrymas augêre Sabinæ:
Venerat illustrem quæ solaretur amicam,
Conjugem ob exstinctum (22), sed flevit amariùs ipsa....
Conjugem ubi, tortore suum feriente, peremptum
Temporis in puncto conterrita novit eodem,
Conjux et mater duplo cruciata dolore;
Hâcce oppressa mali sub mole, Sabina, gemebas,
Qui tibi et horror erat, Belgis erat omnibus idem;
Infelix princeps, princeps virtutibus ingens,

Celsâ et felici dignissima sorte, Sabina!
Nox erat, insonti quando lethale tulêre
Judicium, Somnusque papavera grata quieto
Fundebat (23) (requies justis adrepit amœna)
Et fuit in vinclis ut per palatia regum
Magnus et æquanimus; perplexa caterva tyranni
Et pudefacta virum vidit, nam percutit intus
Vis ea quâ viles animæ pulsantur ab altis (24);
Palluit, erubuit tremulus, concussus ad imum
Albæus stat, inhumano jam ferrea primùm
Mens commota labat, sub pondere pressa scelesto
Fluctuat, ast diris nolens absistere cœptis,
Criminis enormi tandem se mole gravavit.....
« Plurima qui Martis tuleras, *Albæe*, tropœa,
» Nonne pudet servile scelus? Non dedecus atrum?
» Sic laudes, insane, et pristina polluis acta? »
Eheu! Tortor adest, et supplicium instat iniquum:
Legia conspicuum civem Scaldisque gementes
Aspiciunt; tot, tanta ausum succumbere questi,
Et socio madidi fletu, sic fantur ad illum:
« Rebus in afflictis, Heros, attollere famam
» Fata volunt, stabunt miserescere nescia fata....,
» Et frustrà, quæ deposcunt, holocausta negabis! » (25)
Colla neci positurus erat, dum pectore firmo
Ultima depromsit: « patriæ qui deditus omnis
» Vixi, jam morior, patriam, Dì, reddite magnam.... »
Attonitas sic gentis *honos* jactatur ad umbras,

In campis victor toties Egmuntius heros;
Ut flos egregius per Chloridis arva refulgens,
Turbine dejectum dum grandinis atterit imber,
Sic cecidit; Tellus, Tellus ô Belgica, civem
Plange, ah plange tuum, cui gloria funeris expers
Vivet, eburque æs et marmor monumenta dicabunt;
Plus aliis Brabanta doles, urbs tecta cupressu, (26)
Tu, quæ triste nefas perculsa horrore videbas;
Ingenuos Aquilæ rabidæ afflixêre Leones!
Numina quem dederant, ad cœlica templa vocârunt,
Et querulo talem non reddent sæcula mundo;
Ad Scaldim errantes affatur Flandria Manes,
Terra ibi patrono sacravit avita sepulchrum,
Et tenet usque gemens arctis amplexibus urnam;
Relliquias miseras, sed caras, terra teneto,
Pignore tu tanto dives, sis pignore digna,
Et veneranda viri maneat solamen imago,
Quam, non invito Wilhelmo, Flandria vovit.
Languida continuo dum corda dolore jacebant,
Lamentis spes et subiêre angoribus iræ,
Obtusasque diu relevans vox personat aures:
« Currite ad arma, absit gnavis infamia Belgis..... »
Infremuêre omnes, dabat indignatio vires (27),
Justus ad arma volat furor, audent omnia cuncti,
Opprobrio præferre neces mens omnibus una:
Ausibus impavidis Mars et Bellona favebant,
Numina nam cœptis adstant insignibus ultro;

Quæ meruit virtus, non unquam præmia desunt,
Herculeis tandem prosternitur ictibus hydra.

Libertas, Egmunde, tuo de sanguine fluxit,
Aurea libertas quam opibus, solertiâ et armis
Nassovius sustentabat generosus et audax,
Hesperias subigens terrâque marique catervas;
Huic Astræa manus, Pallasque tetendit amicas;
Hôc potis auxilio, minimis educere novit
Maxima, res statuens Neptuno et Marte tremendas,
Et Batavos suprema suos ad culmina vexit.
Nassovio tu tanta, Egmunde, tropæa parâsti,
Mentibus in nostris semper victura tropæa,
Quò falcem Libitina trucem protenderet impos;
Immortalis honos cœlesti sculptus in arce
Irradiat nostras, ut stella salutis, ad oras;
Nobile, fama, viri nomen clamato per orbem!



NOTES.

1, 2 et 3. Marie de Bourgogne, Comtesse de Flandre, fille de Charles-le-hardi, avait épousé en 1477 Maximilien d'Autriche, fils de l'Empereur Frédéric III, à-peu-près vingt lustres (un siècle) s'étaient écoulés depuis cette époque; alors, vers l'an 1570, commencèrent les troubles de religion aux Pays-Bas.

4. La prospérité et la puissance de nos provinces excitent l'envie.

5. Les furies.

6. Philippe II.

7. Une harpie.

8. La muse de l'histoire.

9. Le Duc d'Albe.

10. La déesse mémoire.

11. Lamoral, Comte d'Egmont.

Il suivit l'Empereur Charles V en Afrique, il n'était âgé que de dix-neuf ans et contribua à la réduction de Tunis, où furent délivrés plus de vingt mille esclaves chrétiens.

Il remporta sur les Français les célèbres victoires de St. Quentin et de Gravelines.

12. Il eût les principales ambassades sous Charles V et Philippe II. Il accompagna l'Empereur à la diète d'Augsbourg; ambassadeur en France, il y conclut le mariage de Philippe II avec Isabeau de France, fille de Henri II, en 1559.

13. Les Rois de France.

14. On fait descendre la maison d'Egmont de Radbaud, fils d'un ancien Roi des Frisons.

Lamoral, Comte d'Egmont, épousa Sabine, Princesse de Bavière; il en eut treize enfans.

15. Il fut envoyé en Espagne en 1565 pour y porter les réclamations et doléances des peuples des Pays-Bas.

16. Lorsqu'on l'engagea à se mettre à la tête des Espagnols, il répondit qu'il ne se batterait jamais en faveur des lois pénales et de l'inquisition.

Marguérite, fille naturelle de Charles V, (il l'avait eue de Marguérite van Geste, demoiselle de Flandre) était à cette époque Gouvernante des Pays-Bas. Les historiens parlent avantageusement de cette Princesse, son esprit était au-dessus de son sexe, sa démarche dénotait un homme sous l'habit d'une femme.

17. Perrenot, cardinal de Granvelle, évêque d'Arras, successivement archevêque de Malines et de Besançon, principal ministre de Philippe II. aux Pays-Bas; il était dur, sévère et servile, mais actif, savant et politique.

18. Le Duc d'Albe fait arrêter le Comte d'Egmont après l'avoir fait appeler sous prétexte d'assister à un conseil.

19. Guillaume de Nassau, Prince d'Orange, fondateur de la république des Provinces-Unies, Prince prudent, éclairé et politique; il dévina les projets du vindicatif Duc d'Albe et voulut engager le Comte d'Egmont à se sauver avec lui par la fuite. Celui-ci ne se rendit pas à ce sage avis, et dit au Prince: *à Dieu, Prince sans terre*, à quoi le Prince répondit: *à Dieu, Comte sans tête.*

20. L'incarcération du Comte.

21. Il fut condamné comme rebelle au Roi; ceint de lauriers il méritait des couronnes de chêne (civiques).

22. La Comtesse d'Egmont était venue à Bruxelles pour consoler son amie la Comtesse d'Arembergh de la perte de son époux, et le jour même elle apprit le supplice du sien: par raffinement de cruauté, on semblait avoir saisi le moment de sa présence à Bruxelles pour cette inique exécution.

23. Le 4 Juin 1568, à onze heures du soir, on vint annoncer au Comte son arrêt de mort; il dormait profondément du sommeil des justes.

24. Les émissaires de d'Albe éprouvent le trouble et la honte que les âmes basses ressentent à l'aspect des grands hommes.

25. Le Comte d'Egmont fut décapité sur la grande place à Bruxelles, le 5 Juin 1568, à l'âge de quarante-six ans.

26. La ville de Bruxelles témoin de cette scène d'horreur.

Les restes du Comte reposent dans l'église de Sotteghem, terre appartenante à la maison d'Egmont, dans la Flandre orientale; l'on y érige une statue à sa mémoire.

27. Sa mort désespéra les Belges et les fit courir aux armes, la liberté jaillit de son sang.

28. Astrée, Déesse de la Justice, Minerve, Déesse des Arts et des Sciences, tendent les mains à Guillaume Ier, guerrier, législateur et ami des arts.

Il battit les Espagnols par mer et par terre, après avoir fondé la République des Provinces-Unies, par sa valeur, sa politique et ses richesses, il en prépara la prospérité et la puissance.

ARS COSTERIANA,

TYPOGRAPHIA INVENTA.

Ars Typographica artibus et scientiis propagandis necessaria fuit, tanto operi litteræ non sufficiebant; miro autem typorum usu reperto, artes et scientiæ ut fulgur per totum orbem emicuêre et communis populorum omnium juris brevi tempore factæ sunt.

Musa benigna mihi, digno da pandere versu,
Quod superi dederint munus mirabile mundo;
Munus, ubi vox ignitis humana metallis (1)
Exiit, et chartas ingressa deinde tenellas,
Montes et valles, immensi regna Tridentis,
Concretasque Poli glacies, Zonasque perustæ
Telluris medias transcurrit, et undique Victrix
Imperio domitans suavi, resonare per orbem
Attonitum potuit totum, diffundere veri
Omnes ad populos jubar, et fundare Minervæ
Templa, silens ubi lucus erat caligine in atrâ.

Præses Apollo, Minerva sagax, Heliconis alumnæ
Jam (sua dona) diu tulerant mortalibus artes;
Grata Diis aras Tellus ubicumque sacrabat,
Et geminans hymnos, flammas de thure sabæo
Pascebat, cæloque favente, tetendit ad omnes
Laudes; sed cultus et honores pallida tantos

Invidia horrebat: proprios en sævit in artus,
Frendet et Eumenides Erebi de fauce vocatas
Igne et felle replet, socias sibi cogit et una
Est rabies, ardent iræ. . . . subvertere sedes
Exosas properant, heu lamentabile sæclum!
Atria ubi doctæ cathedras fixère Sorores,
Anguicomæ sternunt; lacerant, lacerata perurunt
Scripta peritorum; sic strage ruère gemendâ
Aræ, templa Deûm, cultus, insignia, laudes
Et mundo quodvis concesserat alma Minerva;
Id scelus effrenis patrare audebat Avernus!
Dic iterum, Clio, tu tanto oppressa dolore,
Mentis ut humanæ thesauri, spes quibus omnis,
Corruerint, dum Vulcano esca fuère voraci,
Et deglutiti tum pulvis ad æthera fuscus
Effugêre, dolente Pharo (2), de mœnibus illis,
Queis ab Alexandro domitore Macedone nomen
Fluxerat, orbis ubi sceptrum per bella Quirites
Appetière duo (3) vastantes omnia flammis;
Dic quoque ut in sæclis nostro propioribus ævo,
Exitium simile attulerit fanatica pestis (4)
Ex Asiæ serpens tenebris, quæ cæca furensque
Diruit antiquas aras, ædesque Minervæ,
Polluit innocuas Musas, et pasta cruore
Immanes ad Cæsorum plaudebat acervos,
Argolicasque super diadema immite ruinas
Urbe in ea statuit, celsis quæ surgit ad astra

Turribus, Eooque freto stat fixa celebri (5),
Unde Asiæ, Europesque plagas tumet inter, et æquor
Inspicit et vigili frænat Mavorte Tridentem (6);
Nomen huic Constantinus memorabile sanxit (7);
Hic sub funebri gemuit gens Graja cupressu,
Cuspide dum Mahomet Turcas armabat et igne,
Impius ille super stupidos astutus et atrox (8)
Alternante neces miscens flammasque furore (9);
Excidium miserum, luctusque infausta subîsti,
Ah Urbs! immeritos, sic aspera fata volebant,
Ingenii sic rursus opes et dona Minervæ
Stragibus in mediis, demersa cruore peribant;
Terrigenæ! quot vos curæ, molimina quanta
Anxêre, immanis quando labor undique cœptus
Destructa ingenii miracla novare, sophosque
Et profugas iterum mundo revocare Camœnas?
Temporis acta, vigil quidquid memorabile Clio
Panderet, et rerum quidvis experta Magistra
Traderet, hæc sæclis labentibus edere, lapsis
Nectere, lapsuris servare, docenda tenêre,
Annales, fastosque manu complêre trementi,
Immensas calamo series componere lento;
Id lassabat opus mentes, arcebat et altis
A studiis; querulos Genios strinxêre catenæ. . . .
Inde gemens Tellus dejecta pudore jacebat,
Cultu et honore carens, ut pauper, hebesque rudisque
E squalore Chaos ierat, caligine primi

Involvenda ævi, casus tot passa nefandos!
Cœtus Apollineus tam dira revolvere probra
Horruit et fugiens pollutam crimine terram,
De maculis meritas statuebat sumere pœnas;
Ad fratrem fletu suffusa Minerva dolentem
Confugit, et casus delamentatur acerbos:
» Nate Jovis! nonne una tibi cœlestis origo
» Est mecum? furiæ nostras grassantur in aras;
» Dì patiemur adhuc, Dì nos? quæ teter Avernus
» Usque vomit maledicta, minasque? injuria multò
» Te truciùs contristat, Olympice frater, alumnas
» Qui regis Aonias, sancto qui lumine mundum
» Vivificas, cultus tu dignus habêre perennes;
» Numen, Apollo, tuum quis non submissus adoret!
» Ne mora sit, simul ah! simul atria fulgida patris
» Ascendamus, ait, Pater haud volet æquus iniquum
» Dedecus in nobis." Vix dixerat, aliger Hermes
Prævius est, sociique thronum tetigêre coruscum;
Ultorem poscunt Patrem, quæ sint mala passi
Singultus inter narrant; sed Cœlicolùm rex
Præscius omne tenet, genitum solatur et unà
Subridet genitæ, placidà sic voce locutus:
» Imperium vobis, Nati, per fulmina servo
» Perpetuum; non affligent vos tædia spreti
» Numinis, et posthac, ubi sistere detur in orbe,
» Assurgent aræ vobis; thus, laus et honores
» Durabunt semper. . . . placuit legare potentem

» Mortali Genium sub imagine, jussa capesset
» Mox mea, frænabit furias et deteget artem,
» Incolumes unde et cernent vos sæcula magnos";
Dixit, et ad vocem supplex stetit omnis Olympus.
Prodigium datur a Superis mirabile, dum jam
Mille ter igne suo Titan percurrerat annos (10)
Lapsos ex illo, Thebæ quô conditor audax (11)
Incultam gentem, cupidosque docebat achivos
Signa stylo (12) formare levi, queis pingere vocem,
Affarique oculos et sensa colore figurisque
Edere compererat; sic byrsa comæque papyri (13)
Miratis vocem graiis retulêre notatam
Mollibus in ceris (14); artem provexit alumnam
Cadmus eò, Danaasque alacer transmisit ad urbes;
Mens humana suas ita cœpit noscere vires,
Tumque experta fuit pertingere ut ardua posset,
Et summis cernens sese conatibus aptam,
Vivida flagrabat conquirere lumina veri.
Gentibus hinc leges et pacta, industria et artes (15)
Advenêre priùs; penetrâsse juvabat opacum
Ævi squallorem, tardo sed languida gressu
Torpuit in multis ars præstantissima sæclis (16);
Exulta Tellus, e luctu læta resurges;
Numina sic spondent: redeunti plaude Minervæ;
Huc Genii volitant hilares, nam nobile Cadmi
Inventum vix umbra fuit primordia tentans
Infima, vix humiles cunæ, fugientibus unde

Prodiret lustris, decus id pretiosius auro,
Quò mortale genus stupuit, decus unde sub axe
Lux micuit, condigna cui præconia necdum
Fama sonat; sublimi humilis si talia cantu
Promere ego vates nequeo, si nisibus impar
Et non ausa Camœna fugit, tentasse juvabit:
Occiduis Batavûm fax viva refulget ab oris,
Viva micat, sed amœna placet, spem, gaudia signat;
A superis datus ut populos, Costere, docères (17),
His te, celse Geni, sidus signabat in oris;
Omina vos etiam signabant dextra, Sagaces
Guttemberghe et Fauste, animoque acerrime Schoeffre;
Vos orbi monstrabat ovans Germania grato,
Sustinuistis enim socio molimine donum
Costeri, socios ideo meruistis honores,
Nomen et in fastis et laus perstabit in ævo;
Dilecti mundo Genii, quos undique noster
Solennis veneratur amor, paulisper amœna,
Poscimus Elysii modò linquite, poscimus arva,
Dicite terrigenis, ô dicite Numen amicum,
Auspice quò, sanctis descenderit ædibus alma
Ars, alias afferre potens mortalibus omnes
Ingenii dotes, et fundere cœlitus orbi
Lumen, ubi saxis aut æri incisa strepenti
Cadmea signa priùs, duroque efficta deinceps (19)
Robore, sed ferro conflata deinde liquenti (20),
Mobilia ad promptos aptata fuêre labores,

Et Costeri ibant tandem parentia voto (21),
Mechanicas dum per tabulas sociata, figuris
Diversis tenues chartas pressère, venustas
Queis indunt formas, unde oblectantur et intus
Signa vehunt oculi, mentique offertur imago
Quæ typicis imposta casis ad easque reposta,
Motu sub magico, velociùs aëre prodit;
Quis non adstupuit? quidquid turbata dolensque
Egerat ante manus per tædia longa molestum,
Temporis id rapido peragit jam machina puncto,
Mille et mille potens proferre exempla, futuris
Quæ referant populis memoratu digna per orbem.
Auspicibus, Genii, vobis, et fulminis instar,
Æthere ab innubi lux splenduit omnibus omnis,
Undique dia Phalanx cantus et dogmata promsit:
Nobile Calliope festinat condere carmen;
Melpomene tragicum sublimi induta cothurno,
Æschylus ad scenam redit et redit ecce Sophocles;
Comica castigat mores, soccosque Thalia
Scit gestare leves, unàque movêre cachinnos;
Blandisonis Erato modulis enarrat amores;
Flatibus Euterpe celebrat campestribus arva;
Omnigenos dives Polyhymnia concinit hymnos;
Terpsichore movet affectus et sedat et auget;
Flectere sub citharis animos novêre sorores
Castaliæ; sitiens verum per sæcula Clio
Currit, et in populis reges scrutatur et aras,

Leges, arma, viros, virtutes, crimina, mores,
Artes; perquirit regnis quam debile vastis
Principium, quæ tunc progressio, splendor, et inde
Vis labefacta minans casum? Plorabile tandem
Exitium dum falce ferox Libitina perenni
Res hominum lamentandas involvit abysso;
Omnia quæ Tempus rapuit monumenta, reducit,
Et monstrat Clio, tumulisque silentibus umbras
Evocat; en veniunt Manes se pandere, vivis
Pallentes adstant, affari jam licet illos,
Exemplisque suis cautè componere suadent
Res nostras. Salit, impavidos et ad astra volatus
Elevat Uranie, cupit arci tangere fixas
Æthereæ stellas, et certis cursibus orbes (22)
Incertisque vagos sequitur; quôve ordine vastæ
Stent vel eant et sustineantur in æthere moles?
Quod sit iter fixum cunctis? Plenisve rotentur (23)
Seu vacuis spatiis? Quâ lege graventque trahantve (24)
Mille globi, utque immensa Jovis sit machina pendens
E manibus? Cœlos interrogat, expetit omne
Uranie, doctosque refert experta volatus.

Ut Cœli, cupimus mysteria noscere terræ:
Flores et fructus, frondes scrutamur et herbas,
Adjuvat in studiis ars Costeriana quibusvis;
Dumque salutiferas volumus perquirere plantas,
Monstrat Apollineam nobis Epidaurius artem (25),
Et nos ipse docet Telluris ad ubera flexus;

Nil natura sophis celat; Vulcania regna (26),
Naiadumque domos et glaucas Tethyos ædes,
Ætheris imperium metimur, viscera et orbis
Tangimus ingenio, nutu pervadimus. Imbres
Unde ruant, quid grando furens, quid fulminis ictus,
(Nubila dum rauco resonant pulsata boatu)
Ut nemora et turres Aquilo sub turbine sternat
Eruta, et horrisonus fremat aër aere quassus?
Quomodo hiet Tellus, imas si flamma cavernas (27)
Rumpit et ad tremulos intestina ignea fines
Evomat? Ad rerum penetramus ubique latentes
Causas, miraclum quodvis ardemus adire,
Ingenioque potens nihil est obstare domanti.
Ut fluat, et refluat, tumidoque insaniat æstu
Nereus et moles undarum vasta regatur?
Ut concreta nives glaciesque pruina figuret
Noscimus; unde hyemi rugosæ suavia veris
Tempora succedant? Zephyrisque tepentibus austri?
Quid mediis quæ manè rosis micat humida gemma?
Cur Phæbo radios opponas, Iri, refractos,
Advena purpureo quæ vestis nubila cinctu?
Et radiis tu, Phæbe, ut vivificantibus arva
Fœcundes? Fluvios qui hauris, haustosque repente
Reddis humo, riguas si torrida flagitat undas;
Unde trahas lucem, supplex Latonia? Fratri (28)
Pallida quæ semper renites objecta corusco,
Noctivagisque vigil propellis cursibus umbras,

Aspectus donec vetet interposta benignos (29),
Teque ingrata bonam velet caligine Tellus;
Ut calor et frigus dominentur ad ubera Terræ,
Claudere ut illa queant, varioque recludere motu,
Alternis vicibus densare, expandere ut æthram,
Et Cererem sopire sciant, solitosque vocatæ
E somno Divæ rursus mandare labores (30)
Discimus, et viridans fas est percurrere regnum.
  Omnia vela cadunt, mysteria nulla teguntur,
Ipsa nec obsistunt elementa: flagrantia solis
Lumina perspicimus, vitroque secamus et arte
Tum validi capimus quâ sint ratione refracti,
Absorpti, fusi radii? Nascantur et unde,
Qui magico ludunt oculos splendore, colores (31)?
  Quô natura premat motu, fugiatque petatque (32)
Puncta Globi corpus medii, devicta fatetur,
Occultasque vias retegit, quas sensibus auctor
Fixerit omnipotens, fibras ut odorque saporque
Cuspide titillent tenui, moveantque papillas,
Quas init affluxura animis affectio quævis (33);
Ut lumen tactu, sonitusque per æthera vectus
Adveniant (34) patet; ulteriùs patet ut regat orbem
Omniparens stabili genitrix sub lege laborans,
Terque potens (35) regnet, plantas, animata, metalla
Exiguis conflans atomis, ut et ordine fixo
Materiem rotet, impellat, votoque coërcens
Omnia formet, alat, mutet, frangatque, aliisque

Sub formis revocet, rursus fractura renatas;
Hocce tenet modo et invertit primordia rerum,
Gignere qui verbo potis est elementa creator,
Indė trahens et eò retrahens mortalia cuncta,
Nos quoque mortales, æstu qui urgemur eodem
E cunis rapidė ad tumulos; nec lusibus umquam
Assiduis natura jacet lassata, sed alti
Stat supplex ad jussa Patris, signataque nutu
Exequitur mandata citò, sic omnia tactûs,
Ponderis et motûs legi submittere certæ (36)
Ars studio provecta docet, sic ardua rerum,
Arripimusque ubivis naturæ arcana silentis.

Mensurare globum (37) quò terreus ambulat hospes
Novimus, ut tactas intactas circinus audax
Scit peragrare plagas; miracla notisque patramus:
Hisce notis (38), quas Indus habebat Arabsque, priusquam
Europæ obtigerint. Tumulis egressa Pelasgis,
Syriacis et Chaldæis exstincta diuque
Vox sonat (39): harmonicum gentis renovare Togatæ
Carmen (40) et Aonio de Monte reducere Musas
Jam licet, euge licet populos pervadere et ævum!
Egregiæ tot opes et tempore saucia edaci
Apparent monumenta novo statura decore;
E tenebris luci redduntur, et ipsa Minerva
Est comes; ostentans antiqua tropæa, faventi
Lumine nos spectat, salvasque deinde tenêre
Quas retulit, Dea spondet opes; jam viva sepultam

Progenies stupefacta colit; veneranda resurgit
Elysià de sede Phalanx, radiosa sagaxque
Spirat, et in chartis loquitur, nobisque manebit
Erudiens semperque vigil; sed ducimur uno
Voto omnes typici cunabula noscere doni:
Lis trinas inter gentes famosa movetur,
An fuerint, ubi Teutonicæ Mavortia gentis
Protegit urbs ripam, Rhenus quò turgidus undas
Volvit et immani deglutit gurgite Mœnum (41)?
Altera seu mereat laudes arx proxima gnavis (42)
Helvetiis, Ellus quam rorat, flumina Rheno
Fusurus? Batavisne coruscet gloria tanta
Suavibus in pratis, jucundum ubi Sparnea littus
Præbet, et assurgunt pelago vicina frementi (43)
Mœnia? ubi ad mortem pro libertate ruebant
Concordes Batavi, sævi dum vincula regis (44)
Horrebant, atque Oceanum rabidas in Iberi (45)
Laxabant furias, unde indelebile nomen
Mnemosynes viget in templis, crescetque revincto
Fœdere cum Belgis, quod tu, Wilhelme, revincis
Et firmum statues opibus, belloque tremendum,
Pieriis et Palladiis quoque dotibus ingens.

Nassovio, Rex, sub genio, diadema potenter
Gestabis, gentemque tuâ sub lege sagacem
Condes; magnus eris sed major amore tuorum,
Post Aquilæ diros morsus, ictusque furentis,
Fortes et placidos qui das regnare Leones;

Nassoviam, Dì, progeniem servate, fovete
Propitii, patriamque beare juvamine sancto
Complaceat; munus jamnunc insigne dedistis......
Plaudamus Batavis, artis primordia magnæ
Denique comperimus! Typici cunabula doni
Ostendit Clio, Clio firmissima jura
Sustinet Harlemi, proclamat et illa per orbem;
Fortunata tuum decus, Urbs, gaudeto, triumpha,
Namque tuus Costerus erat, solerter alebas
A teneris artem, tu sola merêris honorem;
Audax quæ tecum contenderet æmula non est,
Rivalesque ideo superexaltaberis urbes (46).

Antè virum quam terrigenis legare stupendum
Clementes voluêre Dii, (qui vota precantis
Audierant orbis) digiti, pennæque, stylusque
Sæpius officium devicta labore negârunt;
Tumque infanda animos conamina, tædia, curæ
Et sine fine angor pressêre; retenta tenellis
Nam foliis documenta manus per mille notata
Temporis assiduo mansêre exposta sub ictu,
Crudeles quoties Mavors et Mulciber igne
Seu ferro misera eruerent habitacula terræ;
Sors infesta, Megæra ferox, Discordia demens,
Effreni cives, iræ, deliria regum
Protinus Horarum saltu potuêre sub uno (47)
Ingenii fœtus, laudes atque acta sophorum
Perdere et oblitis involvere funditus umbris!

Sed sævos renuit renovare Camœna dolores,
Tot mala namque boni procul hinc infanda fugâstis,
O vos Cœlicolæ! pernici Temporis alæ
Insedêre, volant...... numquam reditura sub auras,
Nec raptura dein nobis quæ dona tulistis;
Tu Costere et vos Trini, cœlestia dona
Qui provexistis, nobis adstate precamur,
Patroni nostri defendite templa Minervæ,
Excidium nec erit posthac lugubre timendum;
Vos arridentes mundum discrimine tanto
Incolumen facitis, velut e torrente volutam
Omnes ad populos nôstis diffundere lucem.
  Ars e munifico simul ac erat advena Cœlo,
Viribus ignitis, magicoque vigore replebat
Terrigenas; hilares genii abjecêre catenas,
Evectique volant; nigrante e gurgite salvus
Navita non aliter prospectat Apollinis astrum,
Et præceps et suavis init commotio mentem,
Spesque fovet blandas. Artem coluêre priores
Arva Duces Magni qui per florentia legem
Dictabant Arno (48), Medices (49) memorabile nomen
Fama sonat; voluère et opem protendere promptam
Pontifices (50) Trino ad Tibrim diademate cincti,
Antiquam mundi dominam ditione foventes;
Ut Leo nomen eis et corda habuêre Leonum (51);
Hi trepidas Musas, profugas, lacrymisque madentes
Suscepêre et asyla dabant secura Deabus;

Propulsârat eò rabies Otomanna Camœnas (52)!
Franciadûm rex, Pieridum flammatus amore,
Quemque Patrem Turbæ fasti dixêre Novenæ (53),
Fœcundante manu munus cœleste tegebat,
Et longè promovit amans; cognomine justus
Tum Lodoix (54) et sceptra regens celeberrimus ille (55)
Præsul non modicis fulsêrunt viribus artem,
Quæ culmen scandens illustria Lilia fecit;
Immitis præsul Musas ardebat, et acer
Ingenio, celsum Gallis sciit indere nomen;
Sic regum, Costere sagax, tu corda movebas!
Undique lux orbi micat, e caligine pulsâ
Prospera nunc ætas surgit, lethale Camœnis
Deliquium cessat, canit experrecta renatas
Diva phalanx artes, morienti fronde cadentes
En relevat ramos, fundens modulamina lauros
Victrices alit, et palmas Tritonia Virgo (56)
Nunc Columes agitat renovans afflamina mundo.
Insigni nos dona sopho debêre fatemur,
Queis alter non finis erit, quàm luminis auctor
Sideribus fixit; Tellus ô Itala felix,
Plus aliis felix habuisti munera quævis
Ex Helicone prior, viresque experta refectas
Illico Phidiaci reduces, reduces et Apellis
Vidisti Genios; animantes marmora, telas,
Æs et ebur, miracla stylis cœlisque novabant;
Arcis et Urbinæ tum gloria luxit ad orbem;

Tum datus est Raphaël, Raphaël præstans et acutus
Omne tulit punctum: naturam explorat et æquat,
Urbino stat enim comes officiosa vigilque
Euphrosine, et manibus dum dat cœleste venustis
Auxilium, gnaro decorare scit omnia tactu;
Et tu grandisono tradebas dogmata versu
Vida, ô Vida, cui invictæ per tempora serpunt
Cum lauris hederæ; te Pindus, Apollo, Minerva
Concessêre, sed e dio non advena cœtu
Huc fueris, si sancta priùs non venerat orbi
Ars potis argutos progignere ubique magistros,
Semper et hanc tantam gnavi, Costere, colemus;
Lucis enim genitrix, mollita paravit ad omnes
Pectora conatus, verique immensa cupido
Exarsit; specie Tellus lætata recenti
Horruit incultos usus, mirata politos
Arripit, et leges, studia et moderamina, mores
Immutat; citò barbaries contempta recessit,
Aufugitque, velut dum nubila Phæbus opaca (57)
Dissipat ignivomâ pervadens lampade cœlum,
Liberiùsque micans terram solatur et ornat.
Vos etiam, Genii, vicistis ubique tenebras;
Inde super deserta, super montes et abyssos
Affatæ se sunt gentes et pacta dedêre (58),
Nec cessant exinde manus sibi tendere amicas,
Donis se variis et ope alternante juvantes;
Idcirco justas, non est qui pendere possit

Grates; vos etenim palmas meruistis opimas,
Eximii vos, qui typicâ sub imagine quòvis
Quoslibet ingenii nôstis depingere nisus,
Thesaurosque elargiri tam sæpè rogatos.
Bis geminatus honos fulget, fulgetis in arce
Empyreâ quatuor, pernix ibi nomina fixit
Fama, tubisque decus vestrum clamavit ad astra;
Hinc venêre orbi, venientque carentia fine
Emulcens hominum veneranda scientia mentes,
Prosperitas et lux, blandæque ligamina Pacis
Et lauti fructus, fundatus et artibus ordo;
Fine carent itidem, quos vobis cultus amorque
Sanxêrunt Gentes; ô vobis thuris acerræ
Fragrabunt semper, vestrâ nos arte beâstis.
Costeriana, Dii, servetis munera mundo,
Plaudite, Terrigenæ, resonas ne sistite grates!

NOTES.

1. Les caractères servant à imprimer sont fondus d'un mélange de plomb et de régule d'antimoine; c'est ainsi, que sortie des métaux ignés, la voix humaine parut magiquement sur la feuille lisse et délicate pour aller rétentir dans l'univers étonné.

2. L'Egypte.

3. Lors de la guerre entre César et Pompée l'an 48 avant l'ère chrétienne, au sac d'Alexandrie fut brûlée la fameuse bibliothèque commencée par Ptolomée Philadelphe; elle consistait en plus de 800,000 volumes, trésor presqu'unique des connaissances humaines.

4. Le Mahométisme, fanatisme sorti des ténèbres de l'Asie, avait détruit l'immense bibliothèque de Constantinople en 1453; à travers des cruautés inouies, il plaça le croissant ensanglanté sur les ruines de l'empire grec.

5. Célèbre détroit sur lequel Constantinople est batie entre l'Europe et l'Asie.

6. Par son aspect guerrier elle menace le Dieu de la mer.

7. Elle tire son nom de l'empereur Constantin.

8 et 9. Mahomet II, empereur des Turcs, prince astucieux et cruel, régna sur des esclaves stupides qu'il poussa du meurtre à l'incendie lors du sac de Constantinople.

10 et 11. Cadmus, fondateur et législateur du royaume de Thèbes, inventa l'écriture vers l'an 1519 avant J. C. Le premier ouvrage d'imprimerie en caractères mobiles est une bible latine exécutée entre les années 1450 et 1455 de notre ère, c'est-à-dire près de trois mille ans après l'invention de Cadmus.

12. Le style (stylus) servait à tracer les premiers caractères; au moyen de l'écriture l'on peint la parole et l'on parle aux yeux; le même verbe signifie également chez les Grecs : *peindre et écrire.*

13 et 14. L'on y employa d'abord des banderolles de cuir et les feuilles du papyrus, plante qui croît dans les marais de la basse Egypte; on les enduisit de cire, dans laquelle les caractères se tracèrent avec le stylus.

15. La législation, l'industrie et la civilisation s'avancèrent rapidement depuis l'invention de l'écriture; les états de la Grèce changèrent de face, Cécrops forma le royaume d'Athènes en 1582; Lelex avait jetté les premiers fondemens de Lacédémone en 1516 avant J. C.

16. L'écriture demeura long-tems dans son premier état d'imperfection et de grossièreté.

17 et 18. Nous attribuons l'invention de l'imprimerie à Laurent Coster, habitant de Harlem; les trois célèbres allemands Guttenberg, Faust et Schœffer ont éminemment contribué à l'admirable invention.

19. La mémoire des événemens fut conservée par la gravure sur le marbre, l'airain et le bois, avant l'invention de l'imprimerie.

20. On a employé jusqu'au fer dans les premiers essais pour les caractères mobiles.

21. Ils marchaient au gré de leur industrieux inventeur.

22. Les planètes et les comètes.

23. Le systême du vuide et du plein, l'opposition entre Descartes et Newton.

24. L'attraction et la gravitation.

25. Esculape, le dieu de l'art de guérir, il était fils d'Apollon qui passe pour l'auteur de cet art.

26. Le feu, l'eau, l'air et la terre.

27. Les tremblemens de terre, l'action des feux souterrains et l'explosion des volcans; la terre vomit ses entrailles brûlantes.

28. La rosée. — L'arc-en-ciel. La Lune emprunte sa lumière du Soleil dont elle est la sœur par Latone.

29. Les éclipses.

30. La chaleur et le froid rarifient et condensent l'atmosphère, ils ouvrent et ferment les organes de la végétation; ils endorment la déesse de l'agriculture (Cères) pour la réveiller et lui faire reprendre ses travaux au printems.

31. Le prisme, au moyen duquel nous disséquons la lumière; la réfraction, l'absorption et la fusion des rayons. — Les couleurs.

32. La force centripète et centrifuge.

33. La vue, l'ouie, le toucher, le goût, l'odorat; les papilles nerveuses, organes des sens, elles servent à transmettre les sensations au *sensorium*, ou réside la faculté sensitive de l'âme.

34. La lumière et le son.

35. Les trois règnes de la nature : elle crée, dissout pour faire renaître encore sous d'autres formes; infatigable dans ses travaux elle ne s'occupe qu'à faire, défaire et réfaire.

36. La pésanteur et le mouvement.

37. La géométrie.

38. Les chiffres que les Indiens et les Arabes eurent avant nous.

39. Les langues anciennes: les accens des Grecs, des Syriens, des Chaldéens et des Hébreux sortent des tombeaux, pour rétentir parmi nous.

40. L'idiome du Peuple-Roi, la langue latine.

41. Mayence, le Mein se jette dans le Rhin près de cette ville.

42. Strasbourg, la rivière l'Ill en baigne les murs en portant ses flots au Rhin.

43. La ville de Haarlem sur le Spaar, d'où l'on entend souvent le frémissement des flots agités de la mer du Nord.

44. Les Bataves y défendirent glorieusement leur liberté en 1573.

45. En se fortifiant par les inondations, unis par l'amour pour la liberté, ils déchainèrent l'océan contre les fureurs de l'Ibère (l'oppression espagnole).

46. Haarlem, l'honneur de l'admirable invention lui compète.

47. Les heures conduisent le soleil.

48 et 49. Florence sur l'Arno. — Les Médicis qui y régnèrent, favorisèrent l'invention de l'imprimerie.

50. Les souverains pontifes la soutinrent également.

51. Le Pape Léon X de la maison de Médicis, protecteur des lettres; il les récueillit généreusement après qu'elles avaient été chassées de Constantinople par la barbarie ottomanne; sa conduite à l'égard des cardinaux Soli et Petrucci prouve la fermeté de son caractère; il mérita que son siècle s'appellât siècle de Médicis; Léon de nom, les Médicis avaient le cœur des lions.

52. Les Muses chassées et désolées par les Turcs.

53. Le roi de France, François I, recueillit aussi les débris des lettres échappées aux ravages de la Grèce, les transplanta en France et mérita le glorieux titre de Père des lettres.

54 et 55. Le roi de France, Louis XIII, dit le juste. Le célèbre cardinal De Richelieu; ce fut lui qui dirigea le sceptre; le roi et son ministre soutinrent vivement l'admirable invention, qui parvint au plus haut dégré de perfection en France; l'amour des lettres, la force du génie et la sévérité caractérisèrent le prélat-ministre.

56. Le même tems qui vit périr Rome, vit périr les sciences, elles furent presque oublieés pendant douze siècles, et durant ce long intervalle, l'Europe demeura plongée dans l'esclavage et la stupidité; la superstition née de l'ignorance la réproduisit nécessairement, tout tendit à éloigner le retour de la raison et du gout. Aussi fallut-il au genre humain pour sortir de la barbarie, une de ces révolutions qui font prendre à la terre une face nouvelle; l'empire grec étant détruit, sa ruine fit refluer en Europe le peu de connaissances qui restaient encore au monde. Enfin par l'invention de l'imprimerie, la protection des Médicis, de Jules II et de Léon X, les muses revinrent de leur long évanouissement, et recommencèrent à cultiver leurs lauriers flétris; de dessous les ruines de Rome se releva son ancien génie, qui secouant la poussière, montra de nouveau sa tête respectable; la sculpture, la poésie et la peinture ressuscitèrent et les blocs de marbre reprirent une nouvelle vie; Raphaël peignit, et Vida, sur le front duquel croît le laurier du poëte et le lierre du critique, écrivit avec gloire.

57. L'art de l'imprimerie a ramené la lumière, il triomphe des ténèbres comme le soleil qui rarifie, divise, élève et chasse les humeurs condensées sous l'épaisseur des nuages.

58. Les communications furent facilitées entre tous les peuples qui se civilisèrent et se donnèrent promptement des traités d'alliance et de commerce en se tendant les mains au-dessus des mers, au-dessus des montagnes et des déserts, depuis cette grande époque.

ÉLOGE DE JEAN DE HARCHIES.

Les petites rivières d'Amblève, de Wèse et d'Ourthe, après avoir parcouru différentes vallées entre des chaînes de montagnes majestueuses et pittoresques et s'être jettées dans la Meuse, viennent apporter à Liège le tribut de leurs ondes réunies. Liège prétend tirer son origine d'une colonie Troyenne; cette ville, célèbre par son commerce, ses mines de fer, son industrie et le génie belliqueux de ses habitans, avait excité l'envie par sa prospérité, et les puissances de l'enfer semblaient prêtes à se déchaîner contre elle, mais la déesse de Cithère, protectrice des Troyens, transportant sa faveur à leurs descendans, veillait sur les destinées des Liégeois. Les Euménides sont armées par l'envie, elles allument les torches de la discorde, et pour mieux servir sa vengeance, prenant les dehors de la douceur et de la flatterie, elles se présentent devant le prélat qui ceint à la fois dans Liège le bandeau des rois et la mître des pontifes; elles lui tiennent un discours qui le trouble, qui l'aigrit et qui excite sa haine contre son peuple.

Les Liégeois jouissaient de tems immémorial d'un privilège dans lequel ils mettaient leur orgueil, qu'ils préferaient à tous les trésors et pour lequel ils auraient donné

leur vie; leurs magistrats avant que d'entrer en fonction, devaient faire le serment d'être fidèles au peuple comme au souverain; par le conseil des furies, le prince a résolu d'abolir ce privilège antique et sacré, ce Palladium de la liberté publique; l'arrêt est porté et quiconque ose se plaindre ou murmurer est ennemi de l'état. Dans sa sombre inquiétude le tyran ne ménage plus rien, ne garde plus aucune mesure et le peuple est accablé sous un joug de fer. La déesse des Liégeois jette un regard de commisération sur la postérité de son fils; il est un magistrat intègre, défenseur incorruptible de la patrie et des lois, Jean de Harchies, c'est lui qu'elle destine à venger son peuple, elle l'anime d'un feu divin; il se montre, il parle, il fait pâlir le pontife; c'en était fait, mais à l'instant même un des satellites de la tyrannie le voit, lui lance un javelot, et le champion de la liberté tombe frappé d'un coup mortel. Qui pourrait en ce moment peindre la désolation publique, le désespoir des citoyens, la fureur du peuple entier! A l'aspect des restes inanimés de l'homme vertueux, on s'excite à la vengeance, on court aux armes, la guerre civile s'allume, tout est à feu et à sang, enfin la justice l'emporte et le prélat vaincu est obligé avec ses vils flatteurs de se soustraire par la fuite à la juste colère de ses sujets. La guerre recommence bientôt, le sang coule à torrens, la patrie est prête à s'ensévelir sous ses propres ruines. La fille de Jupiter vient encore une fois au secours de son peuple

chéri: De Harchies du haut des cieux se joint à elle, ils vont implorer le maître des dieux, ils le conjurent de rendre la paix à un peuple qui leur est cher. Jupiter exauce leurs vœux, il amolit le cœur du tyran, le détrompe et éclaire son esprit; la concorde renait, les droits du peuple sont reconnus, ceux du prince sont confirmés, et il rend tout honneur à la mémoire de De Harchies; c'est au bourguemaître de Thuin, à l'immortel De Harchies qu'une cité populeuse doit sa prospérité et la conservation de ses privilèges.

Inclyta qui sero meditabar carmine gesta,
Triginta ter ego post lustra recludere belli
Aggredior causas, in fastis unde refulget
Immortalis honos patriæ quæsitus amore:
Condignos oro, cantus afflate Camœnæ;
Et tu vera refer, Clio, queis casibus acta,
Quotque experta truces Eburonum terra dolores?
Justus ubi cecidit Vir, falce peremptus iniquâ,
Hartiadùm splendor! Læti, quo consule, cives
Ducebant sine nube dies, rectumque colebant;
Celsa velut quercus, firmissima gloria sylvis,
Optatum gregibus quæ protendebat asylum,
Sed rabido Boreæ cadit exstirpata sub ictu,
Hartius occubuit! sic hostia flebilis orbi,
Sic ad pollutos miserè cadit hostia fasces

Intrepidus consul, patriæ dum jura tuetur;
Usque *Mosa* ad superos clamas, civemque reposcis!
Florigeras cingunt nemorosa cacumina valles,
Irrigui quas fœcundant Amblavia, et Ourtha
Et Wesa, aquasque deinde suas afferre Mosanis
Naiadibus properant, sociis et fluctibus urbem
Incurrunt celebrem, Belgas et Teutones inter
Quæ tumet et gentes invicta aspectat utrasque;
Legia stat nomen bello studiisque Minervæ
Conspicuum; refluit de sanguine Gloria Teucro,
Nam Priami de gente illuc venêre coloni
(Argivis dum sub furiis, Junonis ob iram
Trojanæ celso ruerant a culmine turres)
Incerti quò ferre Lares? An Pergama rursus
Palladiumque darentur, honosve rediret avitus?
Passa tot ærumnas, duroque exhausta labore
Gens ibi consedit, sortemque et mœnia fixit.
Usque memor Cytheræa, suis vigilabat ubique
Trojanis, vultuque ad eos propensa sereno,
Dilectæ genti solamen opemque ferebat,
Et Genio pollêre dedit, vigor unde supernus
Mentibus infusus relevavit et impulit illas:
En Genius varias industrius ilicet artes
Quærit, et arcanos ad hiatus lumina figens
Perscrutatur opes, Telluris viscera mundo
Pandit, et ex imis avulsa metalla cavernis
Quaslibet ad formas adigit; Vulcania regna

Inde fovens, Marti servire simulque Minervæ
Novit, et arte potens opibus quoque splendida luxit
Urbs accepta Diis; sic fama Eburonibus ingens
Ibat et increvit, sed prælia dira recordans
Numen erat, Trojæ generosas usque perosum
Relliquias, celeri quas passu tendere celsam
Viderat ad sortem; barathri resonabat ad antra
Invidiæ fremitus, subitòque erumpit et adstat
Tænarios meditata dolos Discordia demens,
Accire et comitem non est oblita Megæram:
Protinus ad solium volat astu fœta verendum,
Unde dabat leges cinctus diademate Præsul,
Propositumque scelus vultu mentita sub almo,
Atrox et fallax formas gestabat amicas,
Blandisonoque dein sic est sermone locuta:
« Ingens ô Præsul! Cœli Moderator et orbis
» Legibus hocce tuis statuit committere regnum;
» Velle tuum lex una, tuusque jubêre quid optes
» Est labor, imperio parêre et poplite flexo,
» Submissos omnes tua jura agnoscere par est;
» In te nostra salus, servent te numina nobis!
» In populosque penes te quamvis summa potestas,
» Seditio dudum in tenebris conflatur et instat.......
» Audi, audi præsul, sed fari horresco nefanda:
» Vesani cives scelerato fœdere vincti
» Imperium tolerare negant, sceptrumque perosi
» Arma facesque parant, in sanctas surgere leges,

» In patriam, heu princeps, in te complêre cruenta
» Pacta volunt, tantumque nefas ignobile vulgus
» Audet, adhuc audet; tua, præsul, jura thronumque
» Temnit, eò duxêre Superbia, opumque cupido;
» Jura tegas gladiis, sit et ulta repentè potestas,
» te Dominum noscant omnes, noscantque supremum!
Talia pestifero promebat gutture verba,
Vipereum cum felle vomens Discordia virus:
Palluit, erubuit præsul, formidine cædis
Ingemit et clamat; mens territa, turbida, vindex
Diripit ancipitem, crudelia corde volutans
Consilia, e cœptis pejora in cœpta ruebat.......
Subtile impuro quod fluxit ab ore venenum
Infelix hausit, furiis delirat adactus;
Nunc sibi, tum solio tremit, ardet quærere sontes;
Rebus in exiguis causas latitare scelestas,
Toxica misceri, strictas ubicumque vidêre
In sese jurat sicas, avertere inanes,
Vincere continuò discrimina ficta laborat,
Et vitare truces (qui non sunt) nititur hostes,
Sic phantasmatibus torquetur et ecce ministros
Accusat, fidosque in vincula jactat iniquus,
Crimina non nocuis obtrudens sæpè tyrannus;
Lamentis, querulisque ulutatibus insonat æther;
Candida non aliter lacerante sub ungue palumbes
Singultus geminat, vultur dum prendit inermem.
Rexque paterque suis fuerat, nunc jura sacrata

Oblitus mitræ, oblitus quoque munia sceptri,
Conterit et violat, patriæ crudele flagellum.
Id Cytherea dolet, dolet aspera gentis amatæ
Fata, malis afferre statim lenimina sævis
Intendit, votumque animis cœlestibus unum
Stabat, ubi immeritos ferret quos *Legia* luctus,
Pressa angore Patri Dea erat testata miserto;
Nam formosa preces ibi nunquam fundit inanes,
Et quidquid rogitet, genitor genitæ annuit almus.
Hartius e Divûm tunc munere lucis ad auras
Surrexit; Genio magnus, virtute verendus
Hartius advenit patriæ fulcimen et ultor,
Propitiumque relucebat quasi sidus ab axe,
Numina terrigenis se quando faventia signant:
Mitis et alta viget, viget inconcussa Viro mens;
Hunc mirantur, amant omnes, omnesque sequuntur
Impulsi quò corda trahunt fiducia, virtus
Et spes; avertens persæpe tyrannidis ictus
Lux ægisque suis vigilat, succurrit ubique,
Dejectos relevans animos spem voce reducit,
Verbaque profundens ignita, trementibus infert
Impavidos ausus, immensum calcar honoris,
In patriam quô totus et ipse flagrabat amorem;
Flammea fax oculis, vox Stentoris exiit ore:
« In nos, heu cives! oppressio sævit acerba,
» Palladium, leges, data pacta, fidemque tegamus;
» Jura, Lares, nomen mecum defendite, posco:

» Laus antiqua ruit, ruit ah! et probra manebunt,
» nostra nisi patriam tueatur dextra labantem;
» Festinate viri, simul huc accurrite fidi,
» Vincula quis gnavis Eburonibus afferat audax?
» Dedecoris pudeat!" Vox cuncta per ora volabat
Et repetita dabat vires, validusque per omnes
Ardet amor patriæ, quævis obstacula spernens;
Occultata diu sic ignea semina flammas
Ejiciunt, et nullo inhibenda incendia nisu
Quovis prorumpunt, cursuque vorantia pergunt,
Vulcani donec rabies saturata quiescat;
Pectora Mars adigit, soliumque ut fulminis ictus
Hartia vox quassat: premitur terrore tyrannus.....
Sed crudele latet quid: spiculat Ultio sicas,
Et scelus in populi struit exitiale patronum;
In miseros heu! delirat Discordia cives,
Eximiam gentem desolatura ruinis.......
Tunc Mosa cum Geniis, nemorum, undarumque Puellæ
Congeminare pios, turbata per atria, questus,
Et simul ad superos clamare, humilesque precari
Crimen ut infrenent; lamenta sed inter amara
A magno nequeunt avertere lumina cive,
Et, largo imbre rigante genas, hæc verba dedêre,
Verbaque singultu crebro interrupta manebant:
« Lugubres, vir, per casus, rigidosque labores,
» Immortale tibi nomen durabit in ævo,
» Hocce tibi immites stamen nevêre sorores,

» Vincere nec dabitur, vinci quod nescius ordo
» Afflictam in gentem dudum immutabile fixit,
» Et fato cedes, solitus tu cedere nulli;
» Hora, vir, ah instat miseranda, sed hora decora,
» Ne titubes, indicta holocausta animosus adito!"
Hæc ubi dicta, vigore novo se sensit adactum;
Regia sic ales trucibus magìs acta periclis,
Irruit in pugnam, lethales appetit ictus,
Et volucrum vulgus victrici dissipat alà;
Oblatus patriæ, patriæque evectus amore
Hartius in mediam pugnæ prorumpit arenam,
Inconcussa suis stat ubique columna salutis,
Et magìs oppressos defendit et acriùs illos;
Solers, propositique tenax, facundus et audens
Hartius hisce suos tegit et corroborat armis,
Imploratque Themin leges servare sacratas,
Et pacto proceres sacramentoque ligandos,
(Ut jura et libertatem tueantur avita)
Contendit vehemens; cohibère tyrannida freno
Hôc voluit, gentem tutrice sub ægide Salvam
Ponere non lassus sperat, vilesque tyranni
Fautores ferit, aufugiunt..... odiosa caterva
Aspectare nequit veneranda diutius ora;
Talia sanctus amor patriæ dum suscipit, et vir
Hostes eloquio sternit quasi fulmine tactos,
Principis insani, scelerato corde, Satelles
Adstat et in patriæ patrem furiosus anhelat;

Nec decus hoc veritus, nec fasces muneris alti,
Nec superos veritus, crimen meminisse quis audet?
Heu! lethale quatit telum, et venerabile pectus
Perfodit, exsanguis cadit ecce, et sanguine mersus
Hartius occumbit, torpentia lumina claudit!
Unus ubique dolor mentes invadit et angor;
Territus haud aliter grex, perplexusque vagatur,
Et pavidis implent agni balatibus arva,
Dum lupus impastus pastorem dente voraci
Prosilit in placidum, prædam speculatus ab antro.
Lumina vir pallens quasi fixa tenebat amatos
In cives, ob quos toties discrimina quævis
Temserat; impos erat crudele avertere fatum,
Defensorque suis ereptus ad atria Divûm
Accitus est: Eburo, lacrymas qui fundere ad urnam
Non cessas, quercu, tristique sepulcra cupressu
Hæcce tegas, audi: Lemures insignia narrant
Gesta viri, et crebrò repetunt memorabile nomen
Victurum semper; tumuli nam nescia virtus
Permanet, e gremioque refulget vivida sancto.
Vindictam unanimo cives clamore petebant,
Hartiadæque sui pallentia membra cruento
Posta ferunt ligno; singultus inter et iras
Exitiali ardent de crimine sumere pœnam;
Relliquias sequitur reverendas densa caterva
Immodicè crescens, populi crescente dolore;
Non secus excurrit secum quæque obvia raptans

Imbribus inflatus pulsusque Aquilonibus amnis.
Ad rabiem exacuit prompta indignatio mentes,
Elisiâque suis veluti de sede locutus
Concitat usque et adhuc corroborat Hartius omnes,
Impete et advolitant magico; Mavortia pubes
Per flammas, per tela ferox discrimina quærit,
Pro patriâque animas efflare est æmulus ardor:
Horrida bella tonant, Vulcania fulgura muros
Concutiunt: tormenta, facesque, bitumina, sulphur
Projiciunt et alunt incendia; mulciber ipse
Prociduas elementa vorantia jactat ad arces,
Et Libitina cruore madens, lætata ruinis
In mediis adigit per strata cadavera cives
Cædibus alternis occumbere, et eruta fundo
Tecta nece et flammis sibi fumida ponere busta.
Undique trux Eburo se Eburonum sanguine tingit,
Et vastis passim jacet intumulatus acervis;
Ad strages pepulit tantas Discordia cives,
Et Superùm pariter miserantia corda precati,
Aut redimi vinclis aut ultima fata rogabant;
Infandas dudum series conquesta laborum
Cypria virgo suos contemplabatur ab altis,
Rursus et ad solium tendit gemebunda paternum,
Averti immeritum poscens a gente flagellum;
Hartius astriferis modò fortunatus in aulis
Qui degebat, ibi fundit quoque vota precesque,
Sortem commendans iterumque iterumque suorum;

Utque choros implorârant utrimque supernos,
Majestas ex astriferis tam fulgida templis
Luxit ut auricomi deleret Apollinis ignes;
Fulgidior sed amœna magìs de vertice summo,
Blandaque portendens solamina prænituit *lux*,
Nec labor ullus erat sociâ prece vincere patrem,
Supremum Patrem, cujus clementia pectus
Altiùs humanum superat, quam sidera Cœli
Obscuras rutilant supra Telluris abyssos;
Flectitur extemplo, flectuntur ut ille, phalanges
Cœlicolûm, promissa Deæ placitissima dantes:
Jussa immota tenens citò Mars Eburonibus adstat,
Magnanimos et conatus Victoria lauris
Munerat, ejicitur delirans turba tyranni;
Sed Jovis arbitrio miros Sors lubrica casus
Edit, et arridet felicior ilicet æra.......
Hostica corda Dii mulcent et vincula pacis
Alma parant; præsul vafras avellere larvas,
Servilesque scit illecebras vitare dolosque,
Redditus unde sibi, genti quoque reddidit ultro
Optatas leges; quanto sit dignus amore
Hartius, agnoscit, patriæ Patrem vocat illum,
Et cædem princeps dum vindicat æquus iniquam,
Eximio meritos civi decernit honores;
Imperio parent Eburones, jussa capessunt
Sinceri, sceptro renovantes pacta fidemque.
Exul erat, jam blanda redit Pax, nutrit olivas,

Prosperitasque et Fama Deam comitantur alumnæ;
Thudinium, tibi plaude virum misisse sub auras,
Urbibus unde aliis plùs illustrata manebis.
In fastis Clio gestum memorabile signat,
Signat et alta viro ponit monumenta stupendo.



EYCKII IMMORTALI GENIO.

Alta Minerva, humili tua dic mysteria vati,
A primis ad nostra sequar te secla monentem;
Da, rogito, meminisse virum, conatibus artem
Qui summis, ô Diva, tuam provexit et ingens
Ob decus Argolicas meruit gestare coronas;
Hic vir erat noster, testatur candida Clio,
Monstrat adhuc fuerint ubi tecta, ubi sitque sepulchrum,
Æmula et urbs jamnunc victam se rite fatetur (1);
De tanto quis nobiscum contenderet exin?
Gordunum celebrare flagrat mens vivida civem,
Huc tendo, patriæque pio perducor amore:
Dena ter et quatuor per secla (2) revexerat ignes,
Irida purpureo Phœbus qui cingit amictu (3),
Cùm datus a superis fuerit, quem Græcia clamat
Uberibus lactasse suis; hic lumine et umbris
Incantans oculos, tabulis assurgere montes,
Tergore et inverso jussit subsidere valles (4);
Sic calamos, fama est, primò duxisse peritos,
Et vitam et vocem telis flavisse Cleanthum (5);
Venerat ars tandem, lentis sed gressibus anceps
Ibat et in tenebris errabat languida dudum:
Invalido nexu lymphis sociare colores (6),

Signa e non apto formare infirma liquore,
Ingratosque, manu fessâ, renovare labores
Ferrea lex stabat, quam vincere nesciit ullus;
Natali specie, cultuque orbata priore
Non poterant ævo monumenta resistere edaci,
Et quæ Tisiphone seu tetra terebat Aëllo,
Perdita ad æternas convolvebantur abyssos (7),
Vis inimica sacram crebrò frendebat in artem;
Anxii ob id Genii, curis fractique labore,
Efferre ulteriùs cupidos nequière volatus (8),
Et querulos semper querulos strinxère catenæ.......
Haud secus ærato nemorum Rex compede vinctus
Ad solitas ardet victor contendere pugnas,
Impatiensque dolensque in vincula rugit iniqua.
  Assiduos inter nisus, sublime Cleanthi
Inventum vix umbra fuit, fugitivaque imago,
Cunæ vix humiles quibus ægra jacebat et exspes,
Nullaque fortunæ portendens omina proles;
Prodiit indè tamen, lustris currentibus, auro
Dignior ac gemmis, et amici sideris instar
Cœlitus affulsit, Belgarumque attigit oras
Ars, laudes cui promeritas depromere centum
Fama tubis necdum potuit, quamque edere cantu
Non sat ego grandi potero; tamen ausibus impar
Si trepidans mea Musa fugit, tentâsse juvabit:
Gloria vos Graiis, ô Zeuxi, Panæe, ô Apelles (9),
Irrita cum votis molimina vestra fuêre!

Ad vos non umquam respexit Jupiter almus,
Hujus et ad nutum vulgus servile Deorum
Obdurare aures, vultusque negare serenos.......
Clarus ad Ausonias pictor surrexerat auras,
Nec fuit ista potens Aurora reducere lucem;
Flectere, *Cimabuë,* fatum crudele nequisti!
Indè Minerva sagax, fraterque coruscus Apollo
Ingemuêre, dabatque hic tristia verba sorori:
« Nata jovis, mecum divini stemmatis una
» Progenies, angor dirus nos opprimit idem:
» Invida nos oculis explorant Numina torvis,
» Et furias in nos, rabiemque ciêre barathri;
» Gloria si qua fuit, cadit, et nihil nostra potestas
» Quod votis concedat habet terrestribus, eheu!
» Sternuntur, quas vix structas conspeximus, aræ;
» Orbi quam tulimus despecta ars languet et instans
» Pendet in exitium; tibi nostra injurià longè
» Sævior est, ah celsa Soror, nam tu jove solo (10)
» Procedis, mihi mater erat, mortalia suxi
» Ubera ego; comites stellata pallatia olympi
» Advolitemus, ait, numquam pater æquus iniqua
» In nos cœpta sinet"..... constat mens una duobus,
Seque iter in liquidum vibrant, perniciter Hermes
Prægreditur; superas, jovis alite promptiùs, arces
Involitant et inaccessas conscendere ad aulas
Conati, solium pariter tetigêre supremum,
Patronumque rogant patrem; convicia passi

Quot sint, singultim narrant, sed cœlicolûm rex
Præscius omne tenet, genito solamina præbens
Subridet genitæ, et placido simul incipit ore:
« Imperium vobis, nati, sine fine spopondi,
» Macti animis, non affligent vos tædia spreti
» Numinis, et post hinc Tellus ubicumque patebit,
» Assurgent aræ, curvato poplite gentes
» Huc holocausta ferent; placuit legare potentem
» Mortali Genium sub imagine; jussa capesset
» Mox mea, suppetias dabit hic, artemque docebit,
» Quà cultum vobis nomenque perennia sanxi;"
Dixit, et ad vocem supplex orabat Olympus:
Prodigium Dì monstrabant mirabile, dum jam
Tethyos e thalamis elatus ad axin Apollo (11)
Lampade cœlivagâ bis mille alluxerat annis
Abs illo, quô prima dabat præcepta Cleanthus.
  Suavibus in pratis urbs floret amœna (12), Mosanæ
Quam rorant Nymphæ, notissima gentibus urbs est,
Acceptamque habuère Dii magìs omnibus unam,
Pollicitus patronus ubi conceditur arti;
Advena Telluri quis erat pretiosior umquam?
Est hic io! divina tenet qui jussa minister;
Solve, Minerva, metum, lætæ complaudite gentes,
Eyckius assurgit!...... simul ac Lucina sub auras
Miserat optatum, Belgis apparuit omen
Propitium felicia ibi natalia signans;
Nata jovis cum fratre, alacres Heliconis Alumnæ

Ad prolem sese glomerant, et lumine cunas
Vivificante replent, sacroque cor igne tenellum
Incendunt; dum flore oleâque cubile coronat
Chloris ovans, proli crescit maturius annis
Ingenium (13) prævisa dein miracla daturum;
Abdita sed superûm quæ sint decreta stupeto:
Qui tibi natus erat, *Masacum*, industrius hospes
Eximias aliâ dotes ostendet in urbe:
Ecce repente decus Flandri rapuêre Leones,
Et Burgunda citi vexêre ad mœnia (14), tanto
Cive decora, tuum gaudeto, Ganda, tropæum,
Namque Lares, Geniumque suum tibi credere magnus
Eyckius optabat; Gordunâ lege beatus,
Inspiratus ibi, documenta novansque Minervæ,
Parrhasias res Europæ recreavit in oris (15).
  Par, Huberte, tuæ si non sit gloria fratris,
Inclytus est equidem spectandus et arte Joannes:
Qui Siculis tunc Alphonsus, Flandrisque Philippus
Jura dabant, magnoque Heliconis amore flagrabant (16),
Grati et munifici sua dona tulêre Joanni,
Sed tibi, quos habuit, debebat alumnus honores (17);
Ganda viros sibi justa potest asciscere binos,
Et meritò palmas, quas nutriit, arrogat ambas;
  Respice ad hanc, Huberte, bonosque memento penates:
His etenim tua vix studia, ingeniumque dicabas,
Prodigiosa tibi venêre afflamina, et artis
Intima dum sacræ penetralia gnavus adìsti,

Hanc super auxilium cœleste et lumen ab altis
Poscebas, velutique hecatombes fumus, Olympum
Ascendêre preces; animus solatia sensit,
Axe et ab innubi vox blanda repentè sonabat:
« Ausculta, dilecte, Deæ tu dona sagacis
» Missus es ut retegas, præcelsum suscipe munus......"
Leniter aura tepet, Zephyroque vehente, cathedris (18)
Impositæ rutilis veniunt Pomona Ceresque,
Lucis in oceano præbent se numina mundo;
Utque aderant, animis fundebant gaudia cunctis,
Et cœtu e sancto fulgor tam vividus ibat,
Mortales oculos radio cæcâsset ut uno;
Adstat Hamadryadum chorus officiosus, odoras
Qui gerit et tribuit de fronde et fruge corollas;
Orpheus ipse suos jam primùm oblitus amores,
Euridicem tristi cessat revocare camœnâ,
Threiciosque aptans sonitus campestribus hymnis,
Aurea fila lyræ blando modulamine pulsat;
Ædibus in glaucis, frondosa per atria Nymphæ
Jubila conclamant hilari geminata sub Echô.
  Eyckius a placidâ nequit ora avertere Eleusi (19),
Dumque oculis Dea sollicitis respondet amato,
Provida tendit ei, quam texuit ipsa sacratam
Floribus e festis et lectâ fruge coronam:
Mystica nux, ineratque gerens sua semina linum (20);
Quæ sit iis virtus, nutu Dea luminis uno
Indicat, et gestu sua munera signat amœno;

Non latuêre sopho studium, nec amica docentis
Signa Deæ, mentem flammâ flagrare novatâ
Sentit et a vigili validè stimulatus Eleusi,
Ad celsos animo revolat penetrante labores,
Et cupidus, Dea quæ portenderat, omina lustrans,
In linumque nucemque oculo stat fixus acuto....,
Lux fit, operta patent demum mysteria, et ecce
Fruge videt pingues in utrâque vigêre liquores,
Voxque interna monet succos fluitare cupitos;
Subsilit et clamat, geminas ad sydera palmas
Elevat: « hôcce, Dii voveo de munere grates,
» Hinc ego palladiis ero dotibus ægis et auctor;"
Sic ait et centum dat thura calêre per aras;
Non aliter sitiens deserta per arida cervus
Languet, at optato si fonte levaverit æstum,
Elato repetit pernices vertice cursus.

Interea vigiles, quem rettulit Eyckius, axe
A supero, speculantur Apollo sororque triumphum;
Undique lux orbi micat et lethale Camœnis
Deliquium cessat, canit experrecta refectam
Gnava phalanx artem, moribundâ fronde cadentes
Jam lauros relevat, palmas discrimine salvas
Læta Minerva agitat, Latiâque resurgit ab urbe
Sublimis Genius, nitidum caput euge! Ruinis
Evehit Hesperiis, decusso pulvere, spirat
Et famam priscâ cum laude reducere spondet.

Ars e munifico simul ac erat advena cœlo,

Robore contusos animos recreante replebat;
Non aliter Tellus tenebris emersa fugatis,
Leucothoën roseas agitantem gaudet habenas.
  Nobile ad inventum terra Europæa stupebat,
Solennesque tibi, sophe magne, dicabat honores;
Exin opes per te licuit servare Minervæ,
Prodigiumque tuo stabit tutamine sospes;
Numina sic jussère, suum quæ fausta libenter
Contemplantur opus; Padus, Amstela, Sequana, Scaldis (21)
Te venerati, ad te patronum brachia tendunt.
  Prospera plus aliis, Italûm ter prospera Tellus,
Inspirata priùs, viresque experta renatas,
Tu prior Elysiâ toties de sede rogatos
Phidiaci tandem reduces, reduces et Apellis
Vidisti Genios, calamos et cæla gerentes,
Queis ebur et marmor, telasque animare docebant,
Dilectam pariter terram decorare volentes (22);
Gloria ab urbinis tum fulsit turribus orbi:
Parrhasiâ en prodit vir majestate coruscus,
Assurgit *Raphaël, Raphaël,* cui fama perennis;
Alter, Acidaliâ duce succurrente, Prometheus
Vivificat telas, Plutonis acerba revellit
Jura; viros et gesta virûm sub imagine servans
Ingenio victor de falce triumphat iniquâ;
Vaticana omnes palatia scandite gentes (23),
Porticibus mille appendent monumenta superbis;
Quantus vir fuerit, cum gente videte Latinâ;

Julius atque Leo, qui tum gessêre Tiaram (24),
Egregii egregio Latias tribuêre coronas.
ô *Raphaël,* ingentis Apellis ô incrementum,
Te moriente mori Tellus, te sospite vinci
Sæpius extimuit, perculsa tremebat et ob te,
Motibus alternis alterno pressa timore.
Angele tu *Michaël* (25), qui pandere grandia nôsti
Grandis, ad Hesperios illo quoque missus es ævo,
Et sine te *Raphaël* inglorius esset in orbe.
Condecorare suo quem nomine grata volebat
Patria, naturam Corregius æquat et ornat;
Quosque Bononia et urbs Tusca et Cadorina dedêre,
Pictores, Italûm decus immortale sacrâstis;
Cæsare ab Austriaco meritus, Titiane, frequentes
Laudes, a Karlo nunquam indonatus abîsti,
Quippe suas Charisin Aquilas servire jubebat (26).
Teutones, Helvetii, Bataviquo, electricus ad vos (27)
Affluxit pariter quem foverat *Eyckius* ignis;
Durerus, Holbenus, Leidæi nomine *Lucas,*
Stenius et *Dowius, Rembrandus* et *Helstus* et *Hemus,*
Ruisdalius, Wauwermannusque et *Veldus* uterque,
Ostadius, Mieris et *Potterus* insimul arce
E superâ clamant, afflârit ut Eyckius ipsis,
Unanimoque virum grati venerantur amore.
Desuper ad tractus *Phœnix* et *Falco* sicambros
Gnaviter accelerant (28), et ubi refoventibus alis,
Quas genuit dotes Tritonia Virgo, tuentur,

Weimariæ Hollachiæque ferunt præconia terræ;
Non minùs alta tulit præconia regius Ales:
Jamnunc vasta tenens *Frederici* hæredia *Magni*,
Cecropias alacris semper protector ad aras (29),
Rex ditione beat populos sapiente Borussos,
Armorumque inter strepitus florère dat artes,
Firmiùs et famam non est qui fulciat Eyckî.
Carmen ego *Frederico* olim solenne dicabam,
Munificique memor regis mea Musa manebit,
Absimilis nec erit genitori regia proles;
Flagrat, et a teneris flagrabat amore Minervæ.
  Clarior ad charos luxit fax Eyckia Belgas (30):
Craiere, Jordanis, Campane, Teniere, Dycki,
Tuque immortalis pictorum gloria, *Rubens*,
Vestra sub angusto finîsset fama sepulchro,
Servatrice nisi succurrerit *Eyckius* arte;
Calcari namque ille suo vos impulit omnes,
Præmiaque ob longos tam sæpè petita labores
Dum dabat, ima polo mysteria pandit utrique,
Pandit, et effractis Genii exsilière catenis!
  Ad Scaldim *magnus* persæpe revixit *Apelles*,
Littore et in placido, placido fuit ore locutus,
Prodigiosa artis spondens miracla Brabantis;
Multigeno radiosa nitore, *Antverpia*, fare
Quis favor insolitus, quæve indulgentia divûm
Te dederit tantâ gaudêre propagine matrem?
  Hic et ades, sibi quem Brugæ gratantur alumnum,

Dotibus effulges, *Memelinge* venuste, venustis (31).
Ingenio tunc excellens et Marte tremendus
Belgis et Batavis oppressis adstitit ultor,
Et truciter delirantem frenabat Iberum
Nassovius (32), priscæ qui libertatis honores
Et famam populo renovare adnixus utrique,
Vincula perfregit, Scaldim queis stringere sævus
Rex intentabat; Musis intentus ut armis (33)
Wilhelmus fautor studiis non defuit ullis:
Artibus insignem meditatus condere gentem,
Cor spirare suum fecit per corda nepotum;
Inde nepos Henricus avi mandata facessens (34)
Serta rogat *Segerum* depingere florida, et inter
Oblatos flores sua gaudens aurea Mala,
Pro pictis totidem tribuit verè aurea Malis;
Munificam conjux tendebat et inclyta dextram,
Ingens e parili donum largita metallo.
Postea Franciadûm Raphaël *Pussinus,* et inde
Brunius ingenio dives, candore decorus
Suerus, hi tactu pariter sub dispare gnari
Gloria Lilifero stabant latissima sceptro.
Tum quoque *Gelæus Lotharingi* nomine clarus,
Lumine qui magico Phœbum scit fingere et horas,
Vividus argutusque jubar depinxit et æthram (35).
Borbonios inter, famâ notissime, reges,
Quem fasti *Patrem Turbæ* dixêre *Novenæ,*
Esset iniqua nimis mea si te Musa sileret;

Grata Minerva almis tua Lilia cinxit olivis,
Non ignara suas ut adauxeris impiger artes;
Vivito Mnemosynes, *Francisce*, perennis in aulâ (36)!
Tu quoque ter magnus, *Lodoix*, Tritonia dona,
Laurosque ad Themidis qui nôsti jungere lancem,
Sæpè ultroque volens regalem ponere luxum,
Et *Brunio* et *Suero* patronus eras et amicus;
Elysiis ambo te contemplantur in arvis (37).
Morillos, unàque juvat meminisse *Velascos*,
Pictores ob famosos complaudit *Iberus* (38).
Compensante manu cunctas quæ provehis artes,
Eyckia de cœlo audibas afflamina supplex,
Pharrasiumque tibi venit decus, Anglia, tandem;
Secula quippe viros binos post trina videbas:
Reinoldus calamo scripsit documenta perito,
doctiloquasque dedit, Cliò dictante, tabellas,
Et *Westus* pinxit, *Westus* candore notandus,
Quem sibi gaudebat Gorduna Minerva Sodalem (39).
Hosce dabas omnes, *Eycki*, qui faustus ab altis
Nos usque aspectas, nec opem nec munera cessans;
Auspice te, doctos et Scaldis et Amstela nacti
Artifices, ullos infra non esse lepores,
Et titulis nomen præbêre recentibus auctum
Festinant, zeloque feruntur ad ardua gnavo:
Ruribus et pratis, ovibusque *Omegangus* amœnus,
Inventor *Brœus*, castigatusque *Palingus*,
Schelfotius, *Schotelusque*, sagax *Pinemannus*, et *Ossus*

Chloridis ad nutum qui florida regna figurat,
Eximii septem, genio variante, ad easdem
Evolitant palmas et jam rapuêre potenter (40).

Concinnum laudare libet *facilemque Navesum*,
Et Mosa quem genuit, te rite, *Noële*, dolemus;
Laus ubi crescebat, subitâ sub falce cadebas;
Præmia multa brevì, juvenis mirande, tulisses,
Reddere si columem potuissent vota tuorum (41)!

Pictorem nos ob lepidum nuper timor anxit,
Namque oculos gestabat huic Libitina minaces,
Dî *Ducium* servate, truces inhibete Sorores (42).
Belgis nunc hospes, quis te, vir, Belga tacebit?
Doctor Apellæâ cunctos præcedis in arte,
Nec modicos hâc in patriâ numerabis alumnos,
Qui sua, jure tibi debêre tropæa fatentur;
Dyckius et Rubens vixêre ubi, vivito magnus,
Nec fuge, ubi messem laurorum nactus es amplam,
Fige ibi, nec fixos, *David*, auferto Penates,
Noster eris *Raphaël*, *Raphaël* durabilis esto (43).

Urbs Mecænates ob multos Flandra superbit,
Estque ibi plùs aliis unus qui dona Minervæ
Servat et ipse colit: spectabile dicere nomen
Hæsito, Musa negat, vereor turbare modestum;
Hunc non invitus recolet, dicetque *Palingus*... (44).

Numina Gordunis splendescere lumen ab oris
Quæ dederant, huc aspectus iterare benignos,
Dilectamque volunt sublimè attollere gentem:

Illorum e jussu *Cumæa Latinaque* Tellus,
Spem cui *Ganda* suam, binos commisit alumnos,
Hosce alit, Ausoniisque afflatibus erudit, ulla
Nec mysteria habet, quæ non recludat amatis,
Qui fore se quantos nuper validèque probârunt (45).
Evecti Genii miracula ad omnia tendunt,
Subvenit ars arti soror ingeniosa priori:
Ecce lapis, Graphiumque, color, tela, unda, papyrus
Fœdere non solito, motuque premente, figuras
Edere, et ingeminare sciunt cantamen Apellis,
Adque oculos lepidè *Lithographica* ludit *imago* (46);
Prompta minùs sed amœna magìs *Lithochromica* prodit (47),
Hâc atavum insignem sub imagine jammodò noster
Wilhelmus vidit, gestum miratus et ora,
« Sic verè genuino, inquit, de sanguine spirant:"
Gordunus fecit, cui laus non infima, pictor;
Nobile rex specimen gemmâ rutilante rependit,
Et dictu et vultu sua dona affabilis auxit (48),
Haud modicum ingeniis calcar sic indere suetus.
Unanimes, Eycki, memori de pectore grates
Concinimus, nobis nunquam peritura tulisti
Munera! relliquias venerata gemensque volebat
Ganda tenêre tuas: manus hæc, quam gnara venustis
Motibus *Aglaie* ducebat, ad ostia templi
Dìs oblata iterum visa est iterumque movêri,
Perficere argutos veluti conata labores;
Hâcce jaces, splendor Gordune, repostus in æde,

Ad procerum tumulos urbs nostra notabat asylum,
Inter et illustres illustrior ipse quiescis,
Hactenus hìc resonant amor et lamenta tuorum;
Pierides, Genii, Nymphæque vagantur ad urnam,
Relliquiasque fovent lacrymis, et carmina fundunt
Funereâ pignus pretiosum fronde tegentes (49);
Templa vir unde datus revidet fulgentia cœli!
Eyckius ex altis ad te, Wilhelme, locutus
Vim sanctam largitur, et ad documenta Minervæ
Ingenitus tibi qui fuerat, succendit amorem:
Aonias et Cecropias intentus ad artes
Constanter vigilas, nec sunt quæ dona recuses,
Signo et honorifico meritos persæpe decoras.
Jam, duce te, properant fastigia ad alta *Leones,*
Et sociæ volitant, tua quas ad sceptra vocâsti,
Victrices *Aquilæ,* sors nobis quanta paratur (50)!
Indulgêre humili si vis, Regina, poëtæ,
Grande quid acciderit, festâ testudine pandam:
Ipsa Minerva suas caram te duxit ad aulas,
Et tibi dum quævis arcana revelat amanter,
Selectas, Frederica, prior stas inter alumnas,
Æmula et ausa satis non est quæ surgeret in te,
Namque ideis formas si complacet indere, promptæ
Accurrunt Charites, et opem protendere certant,
Imprimitisque simul tactu decus omne sub uno (51).
Hisce diu sis muneribus, Regina, beata,
Regius et conjux tecum Wilhelmus eâdem

Sorte beatus erit, splendore coruscus eodem.
  ô me felicem! vero si corde dicata
Principibus non displiceant mea carmina nostris!
Belgis et Batavis dilecti vivite; votis
Arrisit faustus, faustusque manebit Olympus,
Vestra nec audebunt dirumpere stamina Parcæ.
Aurea Palladiis circumdans Mala coronis,
Sollicitusque adstat solio cœlestis Amicus;
A nobis oculos, Eycki, ne verte benignos!
  Convolitant agiles ad Arausia sceptra Camœnæ;
Sic ingens armis et erit laus artibus ingens,
Immensos cum Marte Minerva spopondit honores!



NOTES.

1. La ville de Bruges qui s'arroge l'invention de la peinture à l'huile par Jean van Eyck.

2. L'origine de la peinture, l'an 3400 du monde.

3. Le soleil revêtissant de pourpre l'arc-en-ciel.

4. Au moyen de la lumière et de l'ombre l'on élève des montagnes et l'on creuse des vallées sur des surfaces planes.

5. Cléanthe sut animer et faire parler la toile.

6. Le mélange des couleurs avec l'eau fournit une matière faible et mal réunie qui ne peut résister à l'édacité des siècles.

7. Les monumens des arts que les Furies et les Harpies détruisaient ou souillaient, furent précipités dans l'abyme de l'oubli.

8. Par là, le génie fut enchaîné et ne put prendre son essor.

9. Zeuxis, Panée et Apelles; l'inutilité de leurs efforts pour rendre durables les monumens de l'art.

Cimabuë fit luire l'aurore, mais ne put amener la véritable lumière.

10. Minerve sortie du cerveau de Jupiter n'eut pas de mère.

11. La peinture à l'huile inventée 2000 ans après Cléanthe, vers l'an 1400, à Gand, par Hubert van Eyck.

12. Les frères Van Eyck naquirent à Maseick, sur les bords de la Meuse.

13. L'esprit devança les années chez Hubert Van Eyck.

14. Les Lions Belgiques s'emparèrent de lui et le transportèrent à Gand, principale cité des ducs de Bourgogne.

15. Il fut le restaurateur de l'école Européenne.

16 et 17. La gloire de Jean n'égala pas celle d'Hubert, il fut néanmoins grand peintre; Alphonse roi de Siçile, et le duc de Bourgogne, comte de Flandre, le récompensèrent royalement; il en fut redevable aux instructions de son frère.

18. Pomone et Cères descendent des cieux sur des chars brillans d'or et d'azur, conduits par les Zéphyrs.

19 et 20. La déesse de la culture fixe d'un air gracieux Hubert van Eyck et lui tend une couronne qu'elle avait elle-même formée de fleurs et de fruits choisis.

Il s'y trouvait une Noix mystérieuse et du Lin portant sa graine; la déesse avertit d'un coup-d'œil son protégé, en indiquant la valeur de ses dons; ce coup-d'œil n'échappa pas à Hubert van Eyck, qui se sentit animé d'une inspiration divine.

21. Apollon et sa divine sœur Minerve observent d'en haut et avec joie le triomphe de Van Eyck. L'Italie, la France, la Hollande et la Flandre tendent avec vénération et réconnaissance les bras à l'illustre artiste.

22. L'Italie éprouva sensiblement les effets de la nouvelle invention; les génies de Phidias et d'Apelles avançèrent prodigieusement la sculpture et la peinture.

23. L'illustre Raphaël naquit à Urbin en 1483, ses chefs-d'œuvre sont au palais du Vatican à Rome.

24. Les Papes Jules et Léon de Médicis le récompensèrent dignement.

25. Michel-Ange; son genre grandiôse; sans lui il n'y aurait pas eu de Raphaël.

26. Le Titien, Carrache, Corrège et Léonard de Vinci nés à Cadore, Bologne, Corregio et Florence.

Le Titien fût libéralement récompensé par l'empereur Charles Quint, qui ordonna à ses Aigles de servir les Grâces. — La patrie reconnaissante honora de son nom Antoine Allegri dit le Corrège.

27. Durer, Holbein, Lucas de Leide, Jean Steen, Dow, Rembrant, Vander Elst, De Heem, Ruisdaal, Wauwermans, les deux Van de Velde, Van Ostade, Mieris et Potter.

28. Le prince de Hohenlohe-Waldenbourg-Bartenstein et le grand-duc de Saxe-Weimar désignés par le Phénix et le Faucon, protègent les arts et récompensent les artistes.

29. Le roi de Prusse, protecteur signalé des artistes: il daigna honorer l'auteur d'une lettre autographe acccompagnée de la grande médaille d'honneur en or pour les arts et les sciences, à l'occasion d'une ode sur la bataille de Waterloo.

30. L'influence de la nouvelle invention se fit particulièrement sentir chez les Belges. — Crayer, Jordaens, Champagne, Teniers, Van Dyck et Rubens.

31. Memmeling, le gracieux Memmeling, dont la ville de Bruges se glorifie.

32 et 33. Nassau, l'illustre *Vader Wilhem*, fondateur de la république des Provinces-Uuies. Grand dans la guerre, il le fut autant par la protection qu'il accorda aux arts et aux sciences.

34. Ce prince ayant demandé un bouquet au célèbre peintre en fleurs, le frère jésuite Daniel Seghers d'Anvers, celui-ci mêla des pommes d'orange parmi les fleurs, et le prince agréablement surpris l'en récompensa par autant de pommes d'orange en or massif.

La princesse non moins généreuse donna au frère Daniel un crucifix en or.

35. Le Poussin (le Raphaël français), Le Brun et Le Sueur embellirent le sceptre du roi de France Louis XIV.

Claude Gélée dit le Lorrain; il entendit si bien à peindre les effets de la lumière, que l'on décèle jusqu'à l'heure du jour dans ses tableaux.

36. François I, son glorieux titre de *Père des lettres.*

37. Le roi Louis XIV, dit le grand; il déposa souvent le faste royal pour converser familièrement avec Le Brun et Le Sueur, il en fit ses amis, ils le contemplent dans les Champs-Elysées.

38. Les Morillos et les Velasques, célèbres peintres espagnols.

39. Trois siècles après l'admirable invention, l'Angleterre eût les Reinold et les West, celui-là fit des savans tableaux d'histoire, et celui-ci charma par la caudeur, le naturel et le ton gracieux de ses productions. La société royale de beaux-arts à Gand le compte avec orgueil parmi ses membres.

40. Les Ommeganck, Van Brée, Paelinck, Schelfhout, Schotel, Pieneman et Van Os; avec l'élan de l'aigle et par des voies différentes, ils s'élèvent à tout genre de gloire et ont su l'atteindre.

41. L'élégant et facile Navez.

Le gracienx Noël; jeune et intéressant artiste, il allait obtenir bien de trophées, lorsqu'une faulx précoce le moissona en l'arrachant à ses nombreux admirateurs et amis.

42. La mort menaça de nous enlever notre bien méritant artiste M. Duc; Parque retiens ton ciseau....

43. David, le Raphaël de nos tems.

44. M. Pierre de Loose, à Gand; l'auteur qui lui appartient par les liens du sang et s'honore de son amitié, n'a pu se refuser de le mentionner dans cet essai et de le mentionner à si juste titre; il laisse au savant et reconnaissant Paelinck le soin de dire ce que M. de Loose fait pour les arts et les artistes.

45. MM. van Hanselaere et Maes de Gand; ils ont mérité d'être envoyés à Rome, où ils ont déjà justifié l'espoir que nous avions de leurs talens; les muses de l'antique Ausonie les inspirent.

46. La Lithographie, ingénieuse sœur de la peinture. La pierre, le crayon, la couleur, l'eau et le papier, par une réunion insolite et enchanteresse, produisent ce nouveau phénomène.

47 et 48. La Lithochromie vint ensuite; notre estimable concitoyen et peintre M. Steyaert traça par ce procédé les traits de l'illustre défenseur de la liberté, il les offrit à notre auguste Monarque, qui le gratifia d'une bague de diamans en réhaussant, comme il est habitué, le don par la manière de donner.

49. La main d'Hubert van Eyck fut long-tems exposée dans une caisse vitrée à la principale entrée de l'église de St. Jean à Gand; elle paraissait se mouvoir encore et être conduite par les Grâces, pour continuer ses savans et inimitables travaux.

Il repose dans l'une des chapelles de l'église souterraine, où la reconnaissance respectueuse lui avait érigé un monument parmi les tombeaux de nos plus nobles familles les Borluut, les Vaernewyck et les Veyt.

50. Notre bien-aimé Souverain veille sur les arts, les encourage et les récompense royalement; l'alliance des Lions avec les Aigles nous conduira à toute gloire.

51. Notre gracieuse Souveraine s'adonne avec succès à l'art de la peinture; Minerve lui ouvre son temple, les Grâces l'assistent à l'envi et lui tendent leurs ingénieuses mains.

Mars et Minerve s'empressent de soutenir et d'embellir le sceptre des Nassau; notre céleste ami Van Eyck contemple le trône, il environne les pommes d'or (les oranges) de couronnes de lauriers, et la Parque n'osera trancher le fil, auquel est attaché notre bonheur avec les jours de Guillaume et de Frédérique.

COLLEGIO, CONSOCIIS ET AMICIS BOTANICES.

Res ego *Gordunas* (1), ô Musa, revolvere tento,
Huc patriæ me ducit amor, succurre canenti!
Suavibus in pratis, sinuosâ devius undâ (2)
Errat et errantem miratur Legia Scaldim,
Et fluitant hilares, lapsuque placente susurrant,
Jungere tum fluctus et amicis ludere gaudent
Cum Nymphis, socii loca grata rigare volentes (3).
Hic tumet et celsum caput inter nubila condit
Urbs famosa, potens, a multis splendida seclis,
Urbs quæ per Flandros viget antiquissima princeps (4);
Eximiam eximius de stemmate Cajus Julo
Fundavit, nostræ ponens primordia gentis (5),
Caia, *Ganda* dein nomen fluit inde superbum (6):
Orsa sub auspiciis ingentibus, impigra sortem
Præcelsam sequitur, miracula plurima mundo
Ostendens studiis lucet, collucet et armis;
Hanc memora, Clio: ducibus de stirpe Capetâ
Parebant Flandri (Burgundos dicimus illos) (7)
Gandaque tam reges est ausa ferire potentes,
Lilia depressit (8) Leopardis sæpè minata (9).
Ad Martis lauros increvit oliva Minervæ,
Jamque virum meminisse juvat (spectabile nomen

Fama sonat) prudens, facundus et acer in hostes
Artevelda (10) suis lux splenduit et stetit ultor;
Ardua suscipiens, intentus ad ardua semper
Totus erat Patriæ, bellique ut pacis honores
Obtinuit, domitor dum gnavus ad arma volabat,
Et sapiens novit componere legibus urbem;
Antiquis celeber titulis decus auxit avitum (11),
Et noster vir hic est; noster, nam lumina vitæ
Mœnibus in nostris vidit, lactavimus amplas
Ingenii dotes, quibus illustrata superbit
Ganda, sui clamans hucusque encomia civis;
Non id obest laudi, Flandros sociare *Leones*
Anglis quòd voluit *Leopardis;* si fuit error,
Candidus error erat (12), non indè inglorius unquam
Diceris, majus Gordunis condere nomen
Molitus, patriæ magìs es quoque dignus amore;
Ast, ad summa tuos dum culmina ferre volebas,
Civicus audebat furor in te stringere sicas (13),
Et nece stratus eras, splendor *Gordune,* nefandâ!
Si tua ubique fides æquasset mentis acumen (14),
Quô mirandus eras, in fastis maximus esses;
Mœsta tuam stat, ô *Artevelda!* cupressus ad urnam,
Languet ibi passis arbos lethæa capillis.....
Sed frenare truces nôsti, vir magne, Sorores,
Fataque vicisti gestis, patrone, stupendis,
Sospes enim graditur per edacia secula virtus,
Unde vigebit honos, nullum quem polluet ævum!

Glorior ob patriam: natalibus inclyta celsis
Urbs Gorduna, tumes: Karlus de sanguine Cæsar (15)
Austriaco, quantas tua suxit ad ubera dotes?
Magnanimus qui, Lilifero cum Principe, in arvis (16)
Ausoniis, mundi ad sceptrum contendit, et indè
Victrici rediit devinctus tempora lauru;
Sed fœcunda dabas decus excellentius orbi,
Patris enim tu *Wilhelmi* Juvenilia lustra
Fovisti (17); si terra viro Germanica cunas
Præbuit, ille equidem tuus est, tibi gloria perstat,
Nam sophus atque heros Gordunâ crevit in urbe;
Wilhelmus Batavos furiis avulsit Iberi (18);
Nomen, opes, libertatem, Neptunia sceptra
Cautus et intrepidus genti stabilivit amatæ (19);
Calcar honosque suis, super omnes luxit in ævo
Nassovius, qui Nassovios evexit ad astra;
Proh dolor! astutâ decisus falce cadebat,
Et Genii tunc Delphini (20) fugêre sub umbras,
Ereptumque diu revocavêre, usque vocantes,
Singultus inter crebros, miserasque querelas;
Astriferos, datus unde, heros revolavit ad axes!
Sed concessus adest alter de stemmate semper
Augusto Wilhelmus, huic diadema tulêre (21)
Bis deni reges; Belgas, Batavosque novato
Fœdere conjunctos virtute beabit avitâ!
Ganda, tibi laus nulla deest, applaudite gentes;
Urbs non ulla magis celebrem formavit alumnum:

Eyckius *invento* summa ad fastigia duxit (22)
Parrhasium decus, idcirco notissimus orbi;
Natus et hic opifex cui laus exempta sepulchro:
Romanum vocitant *fratrem*, sublimis in illo (23)
Spirabat *Romæ* Genius; Mosa, Sequana, Scaldis
Supplice voce virum solertem sæpè vocârunt;
Quod confecit opus, mirata *Lutetia*, cernis:
Cæmenta immensos immensa coëgit ad arcus,
Quos scandens domibus Nymphas conspexit in imis;
Arte super fluctus sic ibat et arte potentem (24)
Gallia grata virum memorat: decoravit et auxit
Ædibus Europen – Epidaurius omnis ad urbem
Spectat honos: aluit *Palfinos* undique laude (25)
Pæoniâ magnos, et ibi nunc redditus alter
Palfinus renitet, calamo documenta sagace
Qui dat et ingenii modò præmia nactus acuti,
Belgici erat dignus gestare insigne Leonis;
A justo qui rege tenes, vir, nobile munus,
Munus habeto diu, læti gratantur amici (26).
Ausa nimis, mea Musa, sile, quæ pandere velles
Phidiacis et Apellæis ut in artibus urbes (27)
Ganda supervadat multas, aliisque perenne
In studiis sit adepta decus; narrabit honores
Hosce Camœna diserta magìs; conatibus impar,
Musa, sile tantis, condigno promere cantu
Fastos ne tenta nostros, moduleris avenâ
Assuetâ potiùs, saltu remeante, vireta

Ad *Gorduna* veni, libet hìc audire canentem:
Æthere sub leni quem non ferit Æolus unquam,
Legiæ ad umbrosum littus (28), prope templa Minervæ (29)
Considunt hilares Nymphæ, lepidæque jocantur,
Sedibus anteferunt hanc omnibus, hanc sibi sedem
Vertumnus, Pomona, Ceres et Flora legebant
Et fixêre, diu placitissima vota Deabus
Sic fuerant; radiosa phalanx tutamen opemque
Huc afferre cupit, cupit hos regnare per hortos,
Quò venit atque redit, sæpè ædes linquere sanctas,
Et divina libet consortia pandere alumnis
Selectis, quos corde tenet; dum numina vultu
Mansueto nos spectabant, Patris ecce supremi
Advolitant solium, rutilas tolluntur ad aulas
Et tetigêre; choros elatus ibi super omnes,
Vertice in empyreo cœlos terrasque gubernat
Ad nutum submissa regens elementa Creator;
Solliciti stabant patroni, et talia supplex
Verba Ceres dabat: « Omnipotens moderator Olympi,
» Hasce preces ne temne: tuo benè cognita cultu
» Et studiis addicta bonis gens floret in urbe
» Gordunâ, quòvis artes extendere nostras
» Ardet, et invigilat Telluris ad ubera, lautas
» Unde exquirit opes et dona reportat opima,
» Proclamatque tuas ad nostra altaria laudes;
» Manat enim, Pater, omne bonum de culmine summo,
» Pronus ubi ad vocem non desinis esse precantûm;

» Auspice te fausto, tantos succedere nisus
» Poscimus, et voto placidus si flecteris ullo,
» Aspice nos, gentem superis, Pater, aspice fidam,
» Propitiusque juves et gnavis annue curis;
» Protege *Gordunos*, fragrabunt thuris acerræ,
» Perpetuasque tibi cantabit gens pia grates;"
Luctisono Dea dum loquitur sermone, severa
E Jovis ore fugit gravitas, blandusque patronos
Affatur nostros: « Vobis ego, Numina, clemens
» Nôstis eram, clemens et ero, dominabor ad aras
» Tutor ego vestras; hæc præmia justa laborum
» Concedo, sic jussa dedi, perstatque voluntas......"
Dixit, et impatiens talaria concutit Hermes (30),
Certabantque omnes reverenda capessere jussa:
Ædibus e sanctis citò lux scintillat ad oras
Gordunas, propiùsque micans spem nunciat almam,
Oblectat cunctos et languida pectora firmat;
Sensimus hinc superos habitacula tangere nostra,
Namque Dii quoties Telluris ad arva feruntur,
Imbuere ambrosiis (31) soliti suffitibus auram,
Gaudia ad humanas fundunt incognita mentes:
Elysiis en approperat de sedibus ingens,
Erudiensque cohors: *Dodonæos* cernimus, unà
Lobelos, Clusios (patriæ qui gloria nostræ) (32),
Gesnerus sequitur; *Linnæus* luce refulgens,
Plaudamus, *Linnæus* adest; hilari pede terram
Tangit ubique suam; Genium natura salutat

Omnis, namque sagax Naturam amplectitur omnem,
Linnæum veneratur ovans, quem pressa dolore
A cœlis toties repetebat, jam videt illum,
Grata videt, reducem colit et mirata refectis
Viribus exultat; Genii documenta libenter
Afflant Elysii, celeres et ubique benigni
Invigilant, præsunt dilecta vireta foventes,
Assiduòque student, aliis præstantior hortus
Ut sit *Gordunus*, meritoque insignis honore;
Cœlestes ita magna parant miracla Magistri,
Et legêre viros, Dea quos Ennæa legendos
Omine signârat, mora displicet, illico pergunt (33)
Munia ad alta alacres; caris arridet alumnis
Sancta cohors, his ante alios vult credere jussa;
Jamque vireta regunt, quæ sub moderamine tanto
Protinus increscunt; non unquam gaudia *Scaldis*
Sensit amœna magis, nemorum undarumque Puellas
Evocat, eximium cupidus jactare favorem:
Auscultant omnes, tensisque ad carmina plectris
Jubila consociant. – Rerum immutabilis auctor
Pro voto fixit frondentia regna perenni,
Ordine sed series immensas ponere certo,
Floribus et foliis, sexu quoque, semine, fructu,
Omnigenas species distinguere, noscere, notas
Et colere et curare sagax ostendit Eleusis,
Et nos alma vocat; magicus quasi concitat ardor
Ad plantas, plantas terræ totius alumnas

Quærere fert animus, Divæque altricis adire
Arcana exoptant omnes, mysteria ad ima
Impulsi totum percurrunt gnaviter orbem;
Non secus implorant lucem, quos tristis et atra
Caligo longâ retinebat nocte sepultos,
Nascentique dein recreantur lumine Phœbi,
Si Jubar Eois Aurora reducat ab oris,
Et flavos formosa suos evolvat amictus,
Ore iterum roseo terrena habitacla salutans.

Afer ab ignitis quidquid sit adeptus arenis,
Quidquid et ex Asiæ gremio Natura feraci
Effundat, viget hìc, viget insuper exul ab orbe
Frons adducta novo, solers quem nôsse *Columbus*
Ardebat, trabe jactatus dum curreret æquor,
Subque *Atlante* plagas, quas dixerat esse, vidêret.

Frigora propellit modò Ver, radiisque coruscus
Lucis in Oceano natat, ecce recurrit Apollo;
Vivida vis iterum semen fœcundat, humoque
Evocat et vestit plantas, decus omne novatur
Omnibus in ramis, arbosque tenella sub auras
Sospes ubique redit brumis dominata geluque;
Hùc alacri pede, Gorduni, properate, vidête:
Ascendit, descendit humum velut undula cespes;
Najades haud aliter volvunt lymphasque revolvunt,
Cæruleasque domos agitant, et saltibus ad se
Alternis agiles docili lætantur in undâ (34).

Undique consociæ sæpè ubera non sua sugunt

Attonitæ plantæ, frondem frons æmula cernit,
Sed ramus ramo mox conciliatur, amici
Insimul assurgunt, curisque foventur iisdem.
 Quô frueris gaude, Gorduna propago, favore:
Quidquìd humus ferat alma, tuos concurrit ad hortos,
Belgas et Batavos dives solersque docebis:
Millia plantarum conjectu luminis uno
Aspicimus bis dena (35) pio quæsita labore;
Nil Pomona negat, nil est quod flora negaret,
Flores et fructus vos estis gaudia nostra,
Et quò cura labosque urgent nos acriùs, ad vos
Vividiore etiam prompti raptamur amore;
Corde magìs tenero sic anxia fertur, opemque
Dat genitis genitrix, quò sæva magìsque tremenda
Imminuêre pericla, quibus subduxerat illos.
Ob placidas tot opes, mea Ganda, maneto beata!
Hisce Dii donis caram cumulare volebant,
Et data non adiment, nostras nam crescere laudes
Per sacrata sibi voluêre vireta; benignæ
Chloridis ad gremium trahimur, cupidosque venire
Et remeare, iterum remeare incerta voluntas
Fluctuat, in cunctis nova delectatio plantis
Blanditer ingenium titillat; discimus illas
Quæ plaga det? quô sint Telluris ab ubere pastæ?
Vallibus an madidis, siccis seu montibus ad nos
Egressæ coeant? repantne ad saxa, vel undis
In mediis, avidâ fluitent radice bibaces?

Contentæne velint elemento vivere bino?
Noscere quæ sit humus nutrix gratissima cunctis (36)
Expedit; ulteriùs libet explorare: docemur
Quæ vigeat natura; calor, frigusve medullis
Plùs dominetur? et ut motu veloce tenellus
Succus alat fibras, seu condensatus hiantes
Lentiùs invadat (37)? quâ respirare sub aurâ
Planta roget quævis perquirimus; indè patescit
Cujates adsint et quæ sit patria cuique?
An sit, ubi Phœbo Tellus torretur anhelans?
Anne ubi rupta gelu sævis Aquilonibus alget (38)?
(Sub quibus ad solidas elementa liquentia formas
Perpes hiems adigit), nutrimus at hasce libenter,
Quæ nascuntur ubi ferventes Cynthius ignes
Temperat, obliquumque emittit ad arva calorem,
Viscera Telluris stimulo commota tepenti
Fœcundans; frondes hæc zona vigêre dat omnes:
Degere sub zonâ Belgæ gaudemus amœnâ (39),
Quæ vigiles nunquam cessat pensare labores;
Ante plagas tu longè alias ditissima, nostra
Europe, princeps incedis, munera plenis
Dans manibus, quæ delectent, vel Apollinis almam
Sustineant artem, succos herbasque salubres
Dum præbes ægris, et vires artubus addis
Exhaustis validas (40); blanda abnuere ubera nescis:
Sæpè per indigenas exotica nascitur arbos,
Vicinasque sibi haud notis consurgere ramis

Obstupet, et sociam sese magìs obstupet illis:
In rubeis equitum monstrans insignia sertis,
En *Amaryllis* adest, hôc Flora superbit honore (41);
Fruge, comisque placens *Paradisi* celsiùs exit
Musa; elata minùs *Regina Strelitsia* formas
Ostentat nitidas, et tardior advena Belgis
Alternos croceis gemmis *Sparmannia* ramos
Circumit; oppositis *Marylanda Spigelia* crescit
Frondibus, et rutilo scit murice tingere flores;
Hortorum decus hìc et ades, *Magnolia,* magno
Flore tumens, onyche e nitido quæ fundis odores
Nectareos, alias tu præstantissima vincis,
Nam flore et fructu, semperque virente capillo
Nos hilaras, te non lassi, formosa, colemus.

Belgica vos omnes adamat Tellus et adoptat (42);
Mutuo amore bonam, par est, agnoscere matrem,
Quæ data nunc vobis; terras et regna Tridentis
Currimus, huc adigit calcar quô corda premuntur;
Arvorum et nemorum conquirimus undique fœtus,
Adque plagas ducit longinquas Numen amicum
Plurima promittens; promissa sub auspice tanto
Mirificè adveniunt, rapimusque arcana silentis
Munera Naturæ. – Queiscumque ornare vireta
Et ditare opibus, sceptrumque per arva tenêre
Velle unum cuique est. – Oculos incurrit ubique,
Semper et oblectans animos incantat imago;
Hic colles, ibi valliculas, jam gramina plana,

Tumque lacus placidos ridente videmus in horto;
Sedibus in glaucis, ebeno rutilisque metallis (43)
Vestiti saliunt pisces, multisque fugaces
Motibus irradiant, avido sed gutture ad escam
Gens stat, et assuetos oblita repentè timores,
Auribus arrectis ad sibila convolat audax.
Lilia nupta rosis, amaranthus, myrtus, ocelli,
Gelsiminum, crocus atque thymum numerosa decoris
Halant cum violis, jonquilla et ephemera suavè
Pallent, et rubeus Zephyro (44) sua vulnera monstrat
Usque dolens Hyacinthus; amore suî exanimatus,
(In vitreâ se formosum qui viderat undâ)
Lugubri Narcissus adest velatus amictu (45),
Itque comes formas Anemonæ indutus Adonis (46);
Gemmea sed varians, variante colore, vireta,
Per mœstos hilares dat flora nitescere flores,
Et magicè dum ludit, oliva modesta superbas
Aspectat lauros, palmas Tritonia Marti
Tendit et, alticomis quæ gaudet honoribus, arbos
Exit ad astra; hederæ truncos amplexibus arctis
Circumeunt, scanduntque ad culmina celsa tenaces;
Præcipite efferimur pede, ubi viridantia formant
Tecta domos (47), et amœna silensque refrigerat umbra;
Est sacer ille, magìsque locus placet omnibus unus,
Aptus ubi Genii, nostrisque faventia curis
Numina consideant, sua si mysteria tractent:
Uva, periclimenon et vinca et clematis arcum

Desuper ædificant densis connexa corymbis,
Et fruges intus pendent florumque coronæ;
Frondeus ignitos radios dum mitigat objex,
Pallidiore subit penetralia lampade Phœbus;
Hic tremulâ sub fronde fugax de crimine Terei (48)
Conqueritur Philomela, suos modulata dolores,
Lenè et ibi Zephyrus spirans ad jussa superna
Promptus adest, et florigero diademate cinctus
Expergente vocat gramen fructusque calore,
Et stirpes animans molli vibrat omnia flatu;
Est levis et lepidus, violisque litare rosisque
Queislibet ecce cupit, Nympham nec præterit ullam,
Blanditur cunctis, semperque jocosus et audax
Oscula multa capit, fugiensque repentè recurrit,
Furta etenim Nymphæ non irascuntur ob illa;
Arboreæ proles incurvant pondere ramos,
Multigenis fragrat suffitus odoribus æther,
Et suavis libanda datur sub frondibus aura.


Delicias servare unàque augêre cupido
Urget, at arctoas ubi fax Titania tractus
Linquit et oppositas festina remigrat ad oras,
Heu! tenebrosa iterum succedit bruma dolentes
Dedecorans plantas, moribunda rigescit ubique (49)
Frons, ad humum succus delabitur impos et algens,
Adque novos intenta vocat nos cura labores;
Nec mora mortiferis Aquilonibus eripere omne
Arbustum teneris juvat e radicibus ortum (50);

Solliciti vitreas cum fronde volamus ad ædes (51),
Quò radios abiens segnes demittit Apollo,
Nec facibus potis est plantas animare recurvis (52);
Naturam miranda sed ars imitatur et æquat:
Carbone hìc alitus mentitur Apollinis ignes (53)
Mulciber, et stirpes fovet, unde calore doloso
Ut ver floret hiems, fertque autumnalia dona;
Pomonæ comitem nescit se credere Chloris,
Et simul irrident Boream, brumæque rigores;
Lætantur plantæ, devicto frigore, salvæ
Exire hybernis et rursus adire vireta,
Denuo sub formis se commonstrare refectis,
Oppositoque volunt fastu certare superbæ,
Et gelidus quoties Janus discessit, ad hortum (54)
(Flora suum cui dat nomen, semetque patronam)
Agmine fragranti properant, concurrimus illuc,
Omnis et hìc collucet honos, mille aurea poma,
Serta micant plus mille, sapor delectat odorque;
Id videt ex altis, et præmia justa laborum
Diva parat, *Famamque* vocans, insculpta metallis
Transmitti seclis victorum nomina mandat;
Plus aliis, ô Urbs felix, tibi numina tantas
Et tot opes servent, queis laus immensa manebit!
Splendida per Belgas excellis et, auspice rege
Munifico, victrix ibis, cumulansque tropæa
Ad metam pergis; jam culmina Scandis honorum,
Te Wilhelmus amat, te munerat, ad tua vota

Pulchras atque humiles dat Palmas; trina *Chamærops* (55)
Est data, ubi vir qui studia excitat omnia gnavus,
Accessit solio; doctusque et amabilis alter (56)
Est, *Floræ* qui solerter se consecrat aris,
Carmine et oblectat Divam, cultumque libenter
Auget et extendit. Palmis orbanda dolebas,
Ganda, tuis; intentabat frons arida mortem
Jam dudum, sed rex solatur amatus amata
Nunc arbusta novans; Belgarum in mentibus usque
Qui cari vivunt, *Albertus* et *Isabella* (57)
Arboreum decus hoc dederant quod nuper in horto
Ecce reviviscit nostro, et vos, Numina, palmas
Wilhelmo non indignas concedite, semper
Gloria crescat ei victricia signa gerenti!
Nassovius noster Belgarum pectora vicit,
Victaque amore tenens, exempla sequetur avita;
Regna, Duce Augusto, peragrare Botanica fas est,
Ingenio quæ subjicimus vastissima nostro,
Regnaque florida erunt ubi nos florebimus ipsi;
Impiger et sapiens nostris conatibus adstat
Vir Musas ardens, (58), artesque fovêre Minervæ
Jam pridem solitus; Zelandi, Teutones et nos
Novimus experti, fuerit vir quantus ubique;
Regis et è populi voto moderamina Flandra
Eja tene, nostro qui dignus amore gubernas.

Prospera Wilhelmo Numen des lustra supremum!
Æternas jam sculpsit ovans in marmore fama

Gordunûm grates, regis prope nobile nomen,
Et nomen resonare tubis non desinet umquam.
Plaudite, nam redeunt nunc aurea secula, Belgæ,
Omnis honos veniet: datus est Arausius heros
Et Paulona comes, genti optatissima princeps;
Fœdere junxit hymen Aquilis constante Leones (59).
Illustres thalami socii, spes, gloria Belgis!
Ad sceptrum, per vos, surget generosa propago,
Virtute, ingenio, superûm ditissima donis;
Stellato lux e gremio radiabit ad illam;
Circumstabit avum formosa corona nepotum,
Divinâque manu sortem ducetur ad altam.
Et nos et nostrum, Wilhelme, tueberis hortum,
Aurea nos Malus teget et pulcherrima poma
Carpemus, sacris fragrabunt ignibus aræ,
Insanique frement qui fata adversa pararent;
Parca minax vel amica neat, nullus timor angit,
Nassoviis nostris Dì sceptra potentia legant
Et statuunt diuturna, favens ita jussit Olympus!



NOTES.

1. Les Gorduniens habitaient anciennement le territoire de Gand.

2. Le cours sinueux de l'Escaut et de la Lys.

3. Ces rivières réunies baignent notre ville.

4. Gand, capitale de la Flandre.

5. L'on croit que Jules César jeta les fondemens de Gand.

6. C'est de cet empereur (Caius) que provient le nom de notre cité qui fut nommée Caia ou Gaia et ensuite Ganda.

7. Les ducs de Bourgogne comtes de Flandre descendaient d'Hugues-Capet, chef de la 3me race des rois de France.

8. La ville de Gand, populeuse et puissante, prit toujours une part active aux guerres des comtes de Flandre avec la France et l'Angleterre, et partagea la gloire des succès.

9. L'Angleterre désignée par les Léopards.

10. Le célèbre Artevelde; l'histoire a vengé ce grand homme, il aima son pays; politique, éloquent et courageux, il fut le chef, l'épée et le bouclier des Gantois.

11. La noblesse de son origine.

12. Il rechercha l'alliance de l'Angleterre contre la France, il la crut utile, elle l'était peut-être...

13. Il fut massacré en 1345 par le peuple irrité qui craignait qu'on ne voulût le soumettre aux Anglais.

14. La bonne foi n'égalait pas toujours les rares qualités d'Artevelde.

15 et 16. L'empereur Charles-Quint, né à Gand en 1500, il gagna sur François I. la fameuse bataille de Pavie en Italie, bataille qui décida la supériorité de l'Autriche parmi les puissances de l'Europe.

Le prince des Lis François I.

17. *Vader Wilhem,* Guillaume de Nassau, prince d'Orange, naquit au château de Dillenbourg en Allemagne, en 1533, le 14 Avril;

il fut à la cour de Charles V. à Gand, où il se forma pour développer ensuite les grandes qualités dout la nature l'avait doué et qui ont étonné l'Europe.

18. Il arracha nos provinces septentrionales aux exactions et aux violences du duc d'Albe.

19. Il assura la liberté, l'opulence, la puissance maritime et la gloire de ces provinces.

20. Ce priuce fut assassiné par Balthazar Gérard, à Delft en 1584; les Génies et les Nymphes en pleurs l'y rappellent encore.

21. L'ordre du Lion Belgique.

Vingt Souverains réunis au congrès de Vienne déferent le sceptre des Pays-Bas à notre bien-aimé Roi.

22. Hubert van Eyck, inventeur de la peinture à l'huile.

23. Romain (le frère François), célèbre architecte, né à Gand en 1646.

24. Il travailla à la construction d'une arche au pont de Maestricht et le roi de France Louis XIV l'appela à Paris pour achever le pout royal. — Il eût le titre d'inspecteur des ponts et chaussées et d'architecte du roi dans la généralité de Paris, où il est mort en 1735, agé de 86 ans; au moyen de ses constructions il monte les fleuves, s'élève au-dessus des flots.

25. L'art de guérir, dont la chirurgie est une branche.

Jean Palfin, né à Courtray en 1649, habile chirurgien à Gand, où il s'est rendu célèbre par son savoir et ses écrits.

26. Anuales de littérature médicale, par notre concitoyen Kluyskens.

27. Les autres littérateurs et artistes que notre cité a produits; les écoles de peinture, d'architecture et autres établissemens d'instruction publique.

28. Notre jardin botanique sur les bords ombragés de la Lys. Le collège royal et la bibliothèque publique.

29. Mercure, messager des dieux.

30. Le parfum de l'ambroisie (la nourriture des dieux).

31. Dodoens (Dodonæus) naquit à Malines en 1518, De Lecluse à Arras en 1524 et Lobel à Lille en 1638.

32. MM. les directeurs du jardin botanique.

Les plantes apportées du nouveau monde.

33. Christophe Colomb et Améric Vespuce virent le nouveau monde comme un poids encore inconnu sur les épaules d'Atlas; ils en avaient prédit l'existence.

34. L'ondulation des gazons comparée aux mouvemens des Nymphes qui roulent gracieusement les flots et se réjouissent dans l'onde docile.

La greffe et les inoculations.

35. La botanique est riche de plus de vingt mille plantes bien connues.

36. Les herborisations.

37. Le mouvement de la sève dans les plantes est lent ou rapide, proportionnellement au froid et à la chaleur des différens climats.

38. La zône torride, les glaciales, les tempérées.

39. Celle que nous habitons; elle est éminemment favorable au règne végétal.

40. L'aiguillon vivifiant et la douce chaleur, au moyen desquels l'astre du jour féconde par ses regards obliques les entrailles de la terre dans les zônes tempérées.

Toutes les productions végétales, agréables, médicinales et nourricières abondent en Europe.

41. L'*Amaryllis equestris* présente une fleur semblable à une décoration de chevalerie.

42. Les plantes étrangères sont nos filles adoptives.

43. Les poissons d'or, d'argent et d'ébène au lac du jardin.

44. Hyacinthe fut tué par Zéphyr, jaloux de l'avoir vu jouer au palet avec Apollon.

45. Narcisse.

46. Adonis sous l'habit d'Anémone.

Minerve, l'olivier lui est consacré; l'olivier contemple le laurier, Minerve présente des palmes à Mars.

47. Le berçeau au jardin botanique formé de vignes, de clématites et de chèvrefeuille.

48. Térée, roi de Thrace, déshonora Philomèle et lui arracha la langue, elle fut métamorphosée en rossignol et répète ses plaintes par son chant.

49. En hiver la sève ne monte plus dans les plantes, à défaut de raréfaction et de chaleur dans l'atmosphère, elle retombe condensée et impuissante vers la racine.

50. Par la chaleur de la serre l'on sauve les plantes trop sensibles aux rigueurs de l'hiver.

51. La serre palais vitré des plantes.

52. Les rayons du soleil considérablement affaiblis par leur obliquité en hiver, subissent encore une réfraction par le verre et ne suffiraient pas pour échauffer les plantes sans le secours du feu.

53. Vulcain (le feu) nourri de charbon, imite la chaleur du soleil.

54. Après le mois de Janvier, l'exposition des plantes a lieu au jardin de flore.

55. Les trois palmiers (*Chamærops humilis*) que le Roi a daigné donner à notre jardin botanique, à la demande de notre savant et estimable concitoyen Ch. van Hulthem.

56. Notre non moins savant et estimable concitoyen Cornelissen. Sa coopération officieuse et éclairée à nos institutions d'utilité ou d'agrément. Ses vers ingénieux, notamment ceux sur le langage des fleurs.

57. Les *Chamærops* qui avaient été donnés par les archiducs Albert et Isabelle à l'abbaye d'Eename près d'Oudenarde.

58. Le chevalier De Coninck gouverneur de la province, ci-devant préfet à Middelbourg et à Hambourg.

59. Le Dieu du mariage a fixé une alliance heureuse et durable entre les Lions de la Belgique et les Aigles de Russie.

BUKELINGI GENIO.

Si bona musa favet, Gentem memorare natantem,
Inventumque referre viri tentabo sagacis,
Qui sale, cultello patrans miracla cadisque (1),
Et patriæ dat opes et lautam civibus escam;
Arte tuâ haleces servans, Bukelinge, perennes
Quos tibi cum Batavis hymnos modulabimur, audi:
Neptunus, Flandrûm placido qui lumine littus
Viderat, ampla volens profundere dona Tridentis,
Agminibus jubet huc pisces contendere densis;
Submissas resonat vox imperiosa per undas;
Quis neget, æquorei mandata capessere Regis?
Præpes obedit et æde Thetis consurgit ab imâ,
Ad superasque elata vias circumvolat æquor;
E conchâ radians, albentibus acta quadrigis
Evocat Oceani Genios, Scaldisque Puellas:
Auribus intenti arrectis et jussa petentes
Fluctigeni assiliunt omnes uno impete cives;
Et caudis elementa agitant et naribus efflant
Delphini, et sonitus Tritones ad æthera tollunt,
Verbaque tum vultu Dea promsit amœna sereno:
« Numina, quæ stabili mecum sub lege Tridentis
» Undas servatis, glaucasque tenetis habenas,
» Munia quæ superi ponant, advertere fas est:

» Scaldis ubi rapidos devolvit ad æquora fluctus (2),
» Gens proba, gens artes industria quæ colit omnes,
» Insignem novit virtute merêre favorem,
» Plùs amat hanc aliis conjux meus omnibus unam;
» Magnificis jam muneribus cumulavit amatam
» Et majora dein, nomen dum conderet altum,
» Promisit, dare et obsequium non segne jubemur;
» Imperio maturemus parêre supremo......"
Æmulus ardor erat Divam laudare monentem
Et sociata piis præbêre juvamina Flandris,
Nec mora vivifico flagrabant corda vigore;
Auxilio dum gens ibat firmata superno,
Sors versare rotas properabat amica secundas,
Successusque novos nisus genuêre novati.
Non aliter fluvios, saxosa cacumina, abyssos
Transilit, et ramosa effert audacior arma,
Optato cervus qui gestit fonte refectus;
Jungere tigna trabesque, creare repentè carinas
Est scopus, et stimulat Thetis ipsa, regitque labores;
Jussa petens promptis Hermes Talaribus adstat (3),
Et fluidâ Nymphæ saliunt e sede stupentes:
Gens cœlo fisa alatas conscendere cymbas
Ardet, et Oceanum findens Aquilonibus obstat:
Nulla quies nautis, oras ambire liquentes,
Ad Nerei, linis nexis, penetrare recessus (4),
Cæruleisque libet pisces avellere asylis;
Vivere per fluxus, haurire et reddere lymphas,

Et docili qui gaudebant colludere in undâ,
Attoniti spatiis ad sicca trahuntur ab udis.
Cuncta viri sic tentabant discrimina ponti,
Nec timuêre ad hyperboreos excurrere hiatus,
Dirus ubi ad rupes, monstra inter aquatica et ursos,
In tumido Boreas ventorum carcere sævit;
Haleces hìc innumeræ, fixo ordine, nabant,
Argentoque relucebant et murice turmæ (5);
Has lustrare plagas numen suadebat amicum,
Perque gelu et brumas dextrum comparuit omen,
Et vox æthereis resonabat ab orbibus alma:
« Macte animo, Belgæ, impavidos augete labores,
» Larga salutiferis non deerunt præmia cœptis!"
Squammigerum subitò genus affluit omne carinis,
Saltibus huc rapidis, portentosisque feruntur,
Et socio se conjiciunt ad retia nisu.
Fœtas pisce rates ad littora Belgica læti
Ducebant nautæ et grates laudesque canebant,
Cœlitus illa sibi dona obvenisse fatentes.
Haleces exin, Flandrorum ad jussa paratæ,
Suecas et Danas latebras, fremitusque Borinos
Præfixis linquunt vicibus, gelidæque *valeto* (6)
Dicentes patriæ, motu pernice cupitas
Scaldis aquas ineunt, Batavos Flandrosque salutant;
Indictum sed iter genuino ardore propulsæ
Exsuperant, freta et indè per ulteriora vagantes
Usque ad Liliferi vadunt hæredia regis,

Normannoque ostentantes in littore squammas
Gemmiferas, renitente jocantur imagine in undis;
Tumque plagas juvat Hybernas invisere et Anglas,
Et fusis pergunt Atlantica ad æquora turbis.
  Interea nostros Neptunia munera portus
Obstruxêre, manusque super nos prodiga semper
Dilectos pisces vastis glomerabat acervis.
  Invidus ob tot opes Dæmon erupit, et iras
Vipereas acuens, Stymphalia Monstra vocavit;
E stygioque repentè furebat adunca barathro
Ocypete, comitem sibi quæ sociârat Erinnyn (7):
Munera luminibus speculantur opima malignis,
Et fœdare volunt tactu et corrumpere flatu;
Unus in ungue furor, rabies in rictibus una
Æstuat et jussum crudele facessere certant.
  Proh dolor! infecti subitâ putredine pisces
Fœtorem depravatas jecère per auras,
Et rosi verme et tosti periêre veneno;
Tædia et angor erant ubi spes arriserat ingens,
Mente luem tetram quis non horrente videret?
  Multigenos per conatus, longosque labores
Quærere cura malo fuerat medicamina sævo;
Sed rupes ut aquis, sic implacabile Numen
Luctibus obstabat, nec erat qui vincere pestem
Fœtentem posset; mucronis adinstar acuti
Corda dolor punxit, solamina nulla dolorem
Lenibant, questusque Echo referebat inanes.

Sollicito quæ nos Vigilique videbat amore,
Tum Thetis excelsi remeare ad Conjugis aulam,
Et Pelagi dominum lugubri poscere vultu,
Ut miseranda bonus sistat lamenta suorum,
Et justâ numen ditione refrenet iniquum;
Irrita ne fiant promissa, dolosaque dona,
Nec sinat affligi Belgas, nec linquat inultos,
Assiduum queis ferre juvamen opemque volebat;
Vivida vota Deæ placido Deus excipit ore:
Spem gestu relevans, conjectu luminis uno
Mitigat angores, casûsque misertus acerbi,
Promissis fidum se dixit, perque Tridentem,
Quæ dederat sine fine data, et majora spopondit.....
Ad vocem fluctus stabant, Tellusque silebat;
Leniter ad Scaldim resplenduit insimul astrum,
Quô surgente, sagax Genius surgebat ad auras;
Hunc gavisa Thetis ducebat ovansque Minerva,
Et sublimi ibant *Birfleti* ad mœnia passu,
Hìc sua pollicitæ mysteria pandere Divæ;
Propitios colere hosce Lares, Bukelinge, cupîsti,
Cœlestemque Lares te gratabantur alumnum;
Acceptus dignusque magìs non venerat hospes.

Exoptata dies tandem lucebat; ab illâ
Quadringentenos egit rota delia cursus (8).

Plaudite felices, felices plaudite Belgæ,
Arte potens Bukelingus adest, cui jussa faventes
Commisêre Dii; Nereia dona tuêri,

Eumenidumque sciet fel et exstirpare venenum.
  Ad mandata vigil dioque afflamine plenus
Halecum lustrat maculata cadavera et intus
Exta videt, venasque quis inquinet, inspicit, humor;
Sic rimatur ubi putredinis ignea sedes?
Occultisque mali secessibus incubat acer;
Viscera pervadens harpyis advenit antris,
Et labis reperìt causas, et toxica palpans
Noxia solerter secat exta, benignaque servat (9);
Abluit, emundat, vegeto sale corpora condit,
Roboreis et doliolis condita reponit,
Ejecto, præbens alimenta salubria, viro.
Exul aquis ad tecta rotunda propellitur halex,
Altera ubi magicè succedit vita priori:
E pallente vigens redit ecce cadavere piscis,
Tertiaque ingressus postinde habitacla, culinæ
Aspicit imperium rigidà sub lege coquorum;
Hìc cultros ignesque expertus ad ultima tendit
Fata, viasque halex ventura sequetur easdem.
  Ingenio victor duplices vir ad æthera palmas
Tendit, et exclamat, justasque rependere cœlo
Dum properat grates, plùs centum dedicat aras.
  Quam superis facile est parvis educere magna!
Piscis hic exiguus, species cui parvula nullum
Conferret pretium, numero pretiosior auro
Fit; quærant alii sapphirum, adamanta, smaragdos,
Et nos munifico quæremus in æquore pisces;

Cœlitus obtentos potis est avellere nemo!
Phinei interea volucres, putensque sequela
Aufugêre velut Bukelingi fulmine pulsi;
Lividus indè Orcus frendet, sed frendet inermis!
Belgas et Batavos de sede, patrone, coruscâ
Contemplare hilares, bona tu largitus opima,
Arte beante tuos alere et ditare volebas.
Wilhelmus noster, cunctas qui protegit artes (10),
Et promptus quidquid magnum sit et utile pensat,
Wilhelmus patriæ non est oblitus amicum,
Et meritos, solers ô vir, tibi sancit honores,
Dum quernas pariter cives vovêre coronas;
Sed qui dignus eras Libitinæ vincere falcem,
Attamen immitti victus sub falce cadebas!
Singultus, inter grates, ah! edis amaros (11),
Birfletum! tanto decet indulgêre dolori;
Cerne Viri, quem gaudebas genuisse, sepulcrum;
Afflicti hìc errant, tabulis et nomen eburnis
Incidunt Genii, querulique affantur ademptum;
Et tu, Birfletum, præcinge cupressibus urnam:
Cæsareæ hanc Aquilæ quondam coluêre verendam,
Austriacus dum Karlus eò sua vota ferebat (12),
Et sua deinde tulêre Albertus et Isabella (13),
Florea et offerimus super urnam munera Belgæ.
Elysiis esto, Bukelinge, beatus in arvis,
Fama sonare tuas non cessat ad æthera laudes,
Civis et ob nostri decus acclamamus ovantes!

NOTES.

1. Muni de couteau, de sel et de barillets; Guillaume Beukelins ou Beukell assure une abondante nourriture à ses concitoyens et des richesses à sa patrie, par son ingénieuse invention d'encaquer le hareng.

2. Biervliet, sur la côte où l'escaut porte ses ondes à l'océan.

3. Le dieu Mercure.

4. Filets à pêcher.

5. Les écailles argentées, le bleu du dos et la belle tache rouge ou violette à l'extrémité des couvercles de l'ouie des harengs.

6. Les harengs sortis des mers du nord disent adieu aux frimats et vont dans leurs courses annuellement fixées jusqu'aux côtes de la Normandie (l'héritage du Prince des Lis) où ils folâtrent dans les flots en faisant parade de leurs brillantes couleurs qui s'y réfléchissent; delà ils vont visiter les côtes de l'Angleterre et de l'Irlande pour aller ensuite se perdre dans l'océan atlantique.

7. Ocypète l'une des harpies et Eryunis l'une des furies s'associent pour servir le génie ennemi et envieux qui veut empoisonner les richesses de l'océan, les présens de Neptune aux Belges.

8. L'invention de Beukelins date de 1416, quatre siècles.

9. Il coupe soigneusement la partie des entrailles la plus sujette à putréfaction et conserve celle disposée par sa nature à entrétenir la fraicheur du poisson, garantit le tout par un sel savoureux et renferme son trésor sauvé dans des barillets de chêne, *demeures rondes.*

10. Notre bien-aimé Souverain qui protège toute invention utile, honore la mémoire de Beukelins.

11. Biervliet, où l'on voit peint sur verre le monument sépulchral dédié à l'auteur de l'utile invention.

12. Les aigles autrichiennes.

13. L'empereur Charles V et les archiducs Albert et Isabelle visitèrent le susdit monument.

Les Belges y répandent des fleurs.

RHETORICES SODALIBUS.

Annales, patriæque revolvere qui decus opto,
Pierides, timidum rigidæ ne temnite vatem,
Sed patriâ dignos concedite, supplico cantus,
Thura adolebo pias non lassus dicere grates.

Lumen pro nutu qui fundit luminis Auctor,
Ingenio statuens Belgas ornare sagaci,
Munificus nostras se convertebat ad oras:
Audierat genitorem attenta Minerva jubentem,
Cœruleoque imposta globo radiosa per auras
Ecce Dea approperat; Zephyrus dum leniter halans
Nectaris Ambrosiæque procul dispergit odores,
Nuncia qui curat Tritonia, prævolat hermes
Fila lyræ harmonicos ad cantus aurea flectens;
Gloria spesque in famæ alâ pernice sedebant,
Et patrona aderat jussa ad cœlestia solers,
Palladias et ubi versabat in æthere frondes,
Flammeus ardor erat divina attingere dona,
Et parilis nunquam fuerat percepta voluptas;
Sic quoties fit cunque Dii Telluris asyla
Visere, opemque velint illuc afferre sereni;
Ilicet e cœlis ingens sed amœna sonat vox,
Arbitriis quid et in celsis attendite Belgæ:
« Nascetur vobis Alsato e sanguine princeps,

» Immenso gentis flagrabit amore Virago,
» Sponte suâ libertatis concedet honores,
» Auspice quâ venient Musarum et Apollinis artes;
» Præmia non aberunt belli nec munera pacis,
» Attica constanti Dea vos observat amore......."
Secla ferè fax per septem Titania fulsit
A die, ego quam felicem celebrare volebam;
Cœpit enim die ab hâc populis splendescere lumen,
Et fax e tenui scintillâ apparuit ingens,
Nam data tum Flandris est *Margareta*, potentem
Quam Clio dominam laudat, dominamque benignam (1);
Cœlitus injunctas dum gnava tenebat habenas,
Margareta suis præerat quasi stella salutis:
Arctis in vinclis Flandros miserata gementes,
Octo (2) premens per secla jugum dirumpit, et unà
Barbariem fugat, et Belgas exire catenis (3)
Jussa dat innumeros, oppressìs ægis et ultrix;
Ferrea inhumanis avulsa est virga tyrannis (4).
Sic aquila, accipitres ictu quæ dissipat uno,
Clangit ovans, et caucaseas ubi despicit iras,
Astuto regale cubile tuetur ab hoste;
Quas gens abjecit, Genii abjecêre catenas (5),
Et magicè infusas sensêrunt pectora vires,
Omnigenisque agnoscebant se nisibus apta;
Hos dare, *Libertas*, scis prodigo ab ubere fructus!

Nata jovis faustum quodcumque spoponderat, instat,
Irrita namque Dii nunquam promissa dedêre,

Et jubar ex oris effunditur omnibus omne;
Insolitum ecce ligat fœdus cum Marte Minerva (6);
Palmas ad placidas sublimes surgere lauros,
Et gerere alternâ cupiunt de fronde corollas (7),
Fœdus et hoc rector voluit sancire supremus;
Ingenii postinde lepos et Martia virtus
Increvêre simul, vigor unus adegit utrumque,
Et socio petiêre indicta cacumina gressu;
Æternas *Margaretæ* dic, *Flandria*, grates!
Libera servitio spirabat Flandra propago,
Spectâratque hilarem modò bis centenus Orion (8),
Rhetorici cùm prodibant, quos fama sodales
Egregios, geminoque refert splendore coruscos (9);
Namque magistrales ascendere ubique cathedras,
Custodesque thronis nôrunt astare fideles (10);
A lepido qui *Rhetorici* sermone vocantur,
Fonte et habent a Castalio memorabile nomen (11),
Et *Fontanistas* ideo se dicere gaudent,
Ad fontem quia cum Musis commercia habêre
Sancta licebat, ubi mysteria pandere Divæ,
Dilectisque nihil voluêre recludere alumnis;
Ingenii unde fluunt fetus, moresque venusti,
Queis, sub utroque diu titulo, eminuêre Sodales (12).
Ante alias insigne decus condigna tenêre,
Huic festinâsti præbêre, Brabantia, cunas,
Ingenuamque meam ne sperne, Diesta, Camœnam:
Enarrare tuos exoptat amanter honores,

Prima quòd Argolicis ibas redimita coronis,
Præstantes inter multò præstantior urbes (13).
Mirati toties ô Scaldis, Legia, Senna (14),
Vidistis studia arriperent ut cuncta sodales,
Argumenta sibi subtilia sæpè ferentes (15),
Pomposis quando turmìs, et murice et auro
Vestiti, et luxu soliti concurrere equestri (16),
Docta rependebant memori responsa metallo (17);
Gloria non deerat concursibus ulla disertis,
Quippe graves levibus soccis junxêre cothurnos,
Melpomenes meriti, meritique tropæa Thaliæ (18).

Præ multis celebrem, te non, mea *Ganda,* silebo;
Hùc patriæ me ducit amor, ducitque potenter:
Austriacus, quem lactâras, cognomine *Quintus* (19)
Eximias *Karlus* tua suxit ad ubera dotes;
Per pacem et bellum Princeps notissimus orbi
Liligerum latiis Regem devicit in arvis,
Danubio, Tibri, Eridano dans jura et *Ibero*
Reges et populos multos ditione coëgit (20),
Vis obstare potens domitori non erat ulla;
Præcipuo *Karlus* te, *Ganda,* favore notabat,
Gordunæ Austriacas Aquilas servire Minervæ
Jussit, et electâ solium defixit in urbe (21),
Rhetorices collegia ibi non infima fundans.

Alite ubi procedebant conamina dextro,
Ad populos lumen velut e torrente volutum
Ingenia ad quosvis tulit experrecta labores;

Sic ovat ob rediens solantis Apollinis astrum,
In nigrante diu qui suspirabat abysso.
Quas addixit abhinc, ædes Europa Minervæ,
Inclyta et in nostris academia quælibet oris,
Omnes hâc unâ nascuntur origine (22), nec sunt
E cunis quæ Rhetoricis venisse pudescant;
Hinc Batavis, Gallis, Italisque aurora rubebat,
Palladiique fuit cultûs prænuntia mundo;
Grande quis ob munus renuet præconia Belgis (23)?
Antiquus splendor non exstinguetur, alumnis
Dogmata nulla suis divina Magistra tacebit:
Vincere barbariem, probrosaque rumpere vincla,
Incomptumque et hebes trahere e calligine seclum,
Demulcêre, polire animos et condere mores
Qui nôrunt, nomen retinent immune sepulchro (24).
Gloria si semper, lustris currentibus, æquè
Fulgida non steterit (25), felicior advenit æra,
Et fax vivificos emittet alacrior ignes;
Nassovio nam sub Genio (qui calcar acutum
Ad studia esse solet) culmen tendetis ad altnm,
Rhetorici, augurio fidentes pergite fausto,
In vestris ego qui votis mea colloco vota,
Ire comes, citharas sociare precabor et hymnos,
Et simul unanimesque decus celebrare renatum.

NOTES.

1. Marguérite d'Alsace, comtesse de Flandre, affranchit les serfs de nos provinces l'an 1152; près de sept siècles se sont écoulés depuis cette grande époque; dès lors commencèrent à poindre les premières étincelles de cette lumière qui plus tard embrasa les esprits.

2 et 3. Marguérite vainquit la Barbarie, fille de l'ignorance et de l'esclavage, qui pendant huit siècles avait pèsé sur les peuples, savoir : depuis la destruction de l'Empire Romain jusqu'à l'affranchissement des serfs.

4. La verge de fer est brisée, chute du régime féodal.

5. Le progrès des lumières tient naturellement à la liberté et ne marche qu'avec elle, le génie des hommes s'émancipe avec eux.

6. Alliance de Minerve avec Mars.

Commencement, mais commencement bien faible des Chambres de Rhétorique, elles étaient à la fois lettrées et militaires.

7. Mars et Minerve se parent alternativement de couronnes de laurier et de palme.

8. Les premières de ces sociétés datent de deux cents ans depuis l'affranchissement des serfs.

9. Elles jouissaient d'une haute renommée.

10. Doublement célèbres elles savaient enseigner les beaux-arts et défendre le trône, chausser le brodequin et le cothurne.

11 et 12. Connues sous le nom de *Rhétoriques*, à cause de l'étude de l'éloquence, l'une de celles établies à Gand, portait le nom de *Fontanistes*, par allusion sans doute aux fontaines de Castalie et d'Hippocrène, où les favoris des Muses conversaient avec elles; delà la courtoisie, l'urbanité, l'améuité des mœurs et les connaissances qui distinguaient les chambres ou confréries de *Rhètorique*, qui s'adonnèrent principalement aux beaux-arts.

13. La ville de *Diest* en Brabant, est réputée pour avoir eu la première institution de ce genre.

14. Anvers, Gand et Bruxelles désignés par l'Escaut, la Lys et la Senne.

15. Les concours, les questions (*Land-Juweel*) que les sociétés se proposaient mutuellement.

16. Le luxe dans les concours, les uniformes de pourpre et d'écarlate chamarrés d'or; les cavalcades à l'occasion de ces concours.

17. Les médailles en commémoration et récompense des plus savantes réponses aux questions.

18. Les tragédies et comédies que ces sociétés représentaient, et la supériorité qu'elles y acquirent en joignant les trophées de Thalie à ceux de Melpomène.

19. L'empereur Charles V, né à Gand en 1500.

20. Vainqueur de François I. à la bataille de Pavie, ce prince soumit Rome et fut à la fois Souverain d'une grande partie de l'Allemagne, des Pays-Bas, de la majeure partie de l'Italie et de la Péninsule.

21. Sa gloire réjaillit sur Gand; Charles y fixa sa résidence et commanda à ses Aigles de servir la Minerve Gordunienne (*Gantoise*) en donnant le diplôme d'institution pour une Chambre de Rhétorique.

22. L'on peut raisonnablement soutenir que nos sociétés savantes et nos académies même émanent des premières Chambres de Rhétorique.

23. La Hollande, la France et l'Italie reconnaissent qu'elles leur doivent la source de leur gloire littéraire.

24. Ces chambres surent cultiver l'esprit, et en polissant les mœurs, elles firent disparaître la barbarie et la rouille du moyen âge, leur renommée sera immortelle comme le bien qu'elles ont produit.

25. Elles n'ont pas constamment brillé avec le même éclat, mais une ère nouvelle s'ouvre devant elles, et sous le génie des Nassau qui stimule si puissamment les arts, elles vont se relever et dépasseront leur ancienne splendeur. — L'auteur, qui associe ses vœux aux leurs, entonnera avec elles les mêmes chants d'allégresse et de reconnaissance.

REGI ET INDUSTRIO BELGARUM GENIO.

Almus ab excelsis Belgarum Jupiter oras
Spectat et ingenio vult insignire sagaci
Dilectam gentem; jam dudum immota voluntas
Hæc steterat, pridemque parata arbitria pandens
Intuitu cœlos et terram et secula eodem
Perspicit, et prisco renovare ligamine binos
Constituit populos; Belgas Batavosque sub unâ
Sorte jubet magnos, unâ sub lege beatos;
Dixit et empyreâ resonabat ab arce voluntas,
Quæ voluit fiunt: celebri de stemmate reges
Adveniunt, queis prosperitas splendorque suorum
Usque scopus fuerant; furias compescere Iberi,
Marte Themin, leges, abrepta reducere jura,
Artibus intenti profugas revocare Camœnas
Insitus ardor erat (1); memorabile nomen ab axe
Proclamat Clio, quòd opes vitamque dolenti
Vovèrunt patriæ; festina Minerva jubenti
Obsequitur patri, fulgentibus evolat aulis,
Plaustro et ubi glauco vehitur radiosa per auras,
Ambrosiam spirans nostris allabitur oris;
Ignotâ subitò dulcedine, vique supernâ
Corda moventur, init sensus non sueta voluptas,
Spe lætamur et ingeniis vigor affluit ingens,

Ut solet, ad luteas descendere numina sedes,
Sanctaque quando volunt consortia promere mundo;
Cernite prodigium: Phœbei dogmata montis,
Palladii quoque deserti et sine nomine honores
Languebant, nutuque Deæ quasi spontè resurgunt;
Miramur Musas, sese mirantur et ipsæ
Lethali e torpore statim validèque renatas;
Regia sic ales sævo percussa sub ictu
Procidit, at vegeto si vena calore tumescit,
Et sensus redeunt, pennas evolvere tentat,
Fisa dein pandit, viresque experta refectas,
Gestit et elatos iterat gavisa volatus;
Magnus Apollo, Novena phalanx, Tritonia Virgo
Approperant, hederas, lauros gestant et olivas,
Propitiasque manus tendunt, affantur amœnè
Et sua selectæ repetunt afflamina genti:
Argutis animi studiis ubicumque coluntur,
Quidvis attingi, quôvis molimine fas sit,
Arripimus, lumenque omnes exquirimus omne;
Invigilans et blanda Minerva laboribus adstat,
Conatusque regit nostros divina Magistra;
Utile quæ tactu reddunt decorante venustum,
Insimul accurrunt Charites assistere promptæ,
Cœlicolûmque cohors volat officiosa, juvatque.
Indictam gressu petimus dum præpete metam,
Et successus ubi non intermissus abundè
Spem transcendebat, mentis miracula multa

Vidimus: en Genius Belgarum industrius artis
Omne creat genus, inde polit, tum complet, ubique
Ingenii monumenta tument et ubique stupemus;
Assiduo princeps qui flagrat amore suorum,
Gaudia nostra bonus gaudet, populoque superbit
Castaliis qui scit relevare Sororibus aras;
Oblitus se, sed patriæ non immemor unquam
Wilhelmus laudes infra non mansit avitas,
Et regum et populûm voto concorde vocatus,
Ad solium passu novit procedere firmo;
Nec stupor indè fuit, tumuli nam nescia virtus
Durat, Arausiaco sic est in stemmate vivax;
Jam data magnanimis merces est congrua gestis,
Et nullo Tellus electa carebit honore!
Stella ad Belgarum lucet faustissima tractus,
Nassovioque dies instat pulcherrima sceptro:
Rex sapiens et munificus servare Minervæ
Præmia, calcari Genios impellere acuto,
Palladiasque cupit lauris adjungere palmas:
Doctrinæ fetus, opera exquisita suorum
Conferri in medium jubet, ordinat omnia solers (2),
Collatas explorat opes, censetque peritus,
Et sibi gratatur suffragia justa daturus;
Sic agit atque lubens signis solennibus ornat (3)
Victores, quos Mnemosynes conscribit in æde;
Sculpta in marmore et ære perennia nomina stabunt!
Fulgore ecce novo regis diadema sagacis

Fulget, et affigunt gemmas, rutilosque lapillos
Certatim Genii cum Nymphis; tanta peregit
Sanctus amor patriæ nisus non segnis ad ullos;
Artibus illa dies memoranda, Sacerque Triumphus
Conceduntur, ubi faustos jam verterat axes
Sors Gorduna diu, sed non advenerat unquam
Improvisus honos, qui nunc illustrat et auget
Antiquum decus; hæc olim magìs omnibus una
Principibus dilecta erat Urbs a sanguine ductis
Nassovio, (sub Arausiaco quos nomine fama
Concelebrat) sua nam tenuêre palatia muris (4)
In nostris; hìc justitiam pacemque potenti
Eloquio defendebat, civilia bella
Inter et angores, alter notissimus armis
Wilhelmus, libertatis qui conditor audax,
Sed cives in vesanos animosus et acer (5),
Diliros crebrò novit frenare tumultus.
Arte insignis Apellæâ vir nobile gestum (6)
Commemorat, simul huc, simul huc accurrite cives:
Egregium miremur opus; sed pugio magnum
Patronum feriit, furor id fanaticus egit (7),
Et scelus horrebas, inconsolabile Delfum!
Hactenus inde doles, socioque dolore premuntur
Belgæ cum Batavis; sis fortunatus in arvis
Elysiis, heros! nostræ quoque contigit urbi
Alter honos: Batavi dum libertatis amore
Se letho obtulerant, multisque deinde tropæis

Insignes ibant, lauris Wilhelmus olivas
Prætulit, et domitor tam sæpè tremendus in armis,
Attamen optabat Genio indulgêre benigno,
Et populos miserans Jani jubet atria claudi;
Sanciri fœdus memorabile, Ganda, videbas (8),
Inque tuis fœdus tumet indelebile fastis;
Plùs aliis, ô urbs, jam nobilitata reluces,
Munera namque tibi rex elargitur opima;
Ganda, tuum gaudeto decus, laus alta manebit!
Nectamus pariter festâ de fronde coronas,
Hasce libet dare Wilhelmo; spargamus odoros
Ad solium flores, nec thus nec desit amomum;
Harmonicis par est concentibus edere grates,
Et precibus Numen simul implorare supremum
Ut felix Rex, ter felix per plurima lustra
Vivat adhuc nobis, vivat, vivamus et illi,
Ille suis voluit nostras adjungere palmas!



NOTES.

1. Les princes d'Orange-Nassau dirigés par leur amour inné pour la liberté, les arts et les sciences, appellèrent les muses et le commerce dans les Provinces-Unies et y fondèrent un ordre de choses auquel ce peuple dût long-tems sa prospérité et sa splendeur.

2. La réunion des objets d'arts pour l'exposition publique.

3. Les récompenses honorifiques aux vainqueurs dans ce concours d'industrie.

4. Les princes de l'illustre maison de Nassau résidèrent anciennement dans notre cité; la Rue, encore dite d'*Orange*, conduisait à leur palais.

5. Guillaume le libérateur qui résista aux révolutionnaires outrés et comprima ces démagogues, en faisant mettre en liberté les évêques de Bruges et d'Ypres.

6. Cet acte de sagesse, de fermeté et de justice qui eut lieu à Gand, est représenté dans un beau tableau qui est à notre Hôtel-de-ville et que nous devons au pinceau du célèbre Van Brée.

7. Guillaume assassiné à Delft par Balthazar Gérard, le 10 Juin 1584.

8. La pacification de Gand, traité à jamais mémorable, conclu en 1576.

WILHELMO I.

BELGARUM REGI.

Insigni, Wilhelme, tuo de munere gratus,
Munere condignos meditabar promere cantus,
Sed chelyn harmonicam sat habere Camœna negabat,
Et dare opem renuens, sæpè implorata refugit;
Nil, fugiente Deâ, possum nisi dicere vero
Corde, mihi quantum, Rex, inspiràris amorem:
Quô me donâsti, solers servabo Leonis
Et fixum summo gestabo pectore signum,
Promptus eroque tuos semper celebrare Leones,
Qui Russis comites Aquilis, Aquilæque Borussæ,
Impete ad immensos pernice feruntur honores;
Quæ sancita, Jovis placito, sit gloria sceptro,
Felix et magnus cernes, per plurima cernes
Lustra, tuosque super populos regnabis amatus;
Cum Belgis Batavi, te patre et principe, plaudunt!

14 Octobris 1825.



LUDOVICO XVIII.

FRANCIÆ ET NAVARRÆ REGI DESIDERATO.

Augur ego Flander Latias imploro Camœnas (1);
Hasce colis, Princeps, et sæpius ipse vocâsti.
Liliferûm (2) cantu venturos edere casus
Tentabam, tua sed musa aspernata precantem,
Quos petii supplex, versus afflare negavit;
Indè dolens, Lodoix, tecum certare verebar,
Nam si corda super, super et modulamina regnas
Franciadûm, tantis et eram conatibus impar.
Pandere, Ganda, tuos vates quis dignus honores?
Borbonidûm decus (3) e decies sex regibus ortum
Fortunata vides! sua Lilia, sceptra, probatos
En tibi concredit comites, spem, fata suorum......
Plaudito, nam regis, ter fortunata, benignum
Magnanimumque vides fratrem (4), complaudito rursus;
Hujus habes etenim Natum (5), qui præmia Martis
Appetit et lauros alacer servabit avitas;
Teque aspectamus, qui dira pericula temnens (6),
Oppresso adstabas Lodoico; avellere cædi
Borbonidam ardebas, tu cædi oblatus eidem;
Sed fatis obstare potens immitibus umquam
Quis fuit? ah ferro Lodoix jugulante sub umbras
Volvitur innocuus! funebri obtecta cupressu

Gallia tunc omnis gemuit; solantur et ornant
Afflictam tua tanta fides, facundia, virtus;
Laudes fama tuas a falce revellet iniquâ (7)!
Hospitibus magnis, ô Urbs, et pignore celso (8)
Exultes, lenit transacta miserrima jam nunc
Tantus honos; imis manet usque infixa medullis,
Usque infixa manet series infanda malorum:
Passa fuit sævos quatuor per lustra labores
Patria, Franciadûm sociis dum pressa catenis
Congemeret, sed voce refert id Musa trementi:
Quippe ruêre super nos, et sine fine ruêre
Impietas furibunda, dolique, rapina, necesque,
Et bis pollutum probroso crimine sceptrum,
Sceptrum quod squallêre cruore perhorruit orbis;
Tot mala ad attonitas vomuit trux Corsica gentes,
Partu namque uno multos enixa tyrannos,
Tiberios, Caligas jecit, pluresque Nerones (9);
Immiti populos sub virgâ, Corse, premebas,
Ubere tu tigridis, pastuve cibate lupino!
Borbonidam sacro ausus eras avellere asylo,
Adque tuas cecidit furias regalis et insons
Hostia, labentis patriæ solamen (10).... inultum
Arguit et queritur gens non oblita patronum;
Alta procelloso velut eruta turbine palma,
Sic cecidit, poscebat, adhuc deposcit ademptum
Sequana (11); tum querulæ nymphæ, Geniique dolentes
Huic tanto vigiles, unâ fugêre sub umbras;

Hospes in Elysiis, *Enguane,* coruscus es arvis!
Complacet interdum superis tolerare nefanda
Probra, at ubi meritas cepit Rhamnusia pœnas (12),
Arbiter æternus pacato lumine terram
Spectat, et ad regum profundit pectora vires,
Quos regit atque jubet diuturnum frangere flagrum,
Præscriptasque unà regnis imponere formas;
Nuncia ut attulerat promptis talaribus Hermes,
Terror et anxietas subitò invasêre tyrannum;
Intremit et sociis obsistere regibus impos
Aufugit, at nondum datur ultio congrua culpis;
Sic sua terrigenis velant mysteria Divi,
Judicium qui jampridem statuêre scelestis;.
Impatiens Astræa (13) graves hinc edere questus,
Ire, redire, iterumque redire Tonantis ad aulas,
Et prece continuâ vindex accersere fulgur,
Justitiam ut discat, toties qui Numina temsit;
Solatur Genitor: sumendas postea pœnas,
Tempore et indicto miracula plurima spondet
Occursura, horamque malis instare supremam.....
Interea vox Franciadis erat omnibus una:
« Borbonidas ah Borbonidas, Dì, reddite nobis;
» Implorata diu redeas, veneranda propago,
» Te Liger abreptam flevit, te Sequana lætus
» Venturam clamat, te desolata reposcunt
» Templa Deûm, tibi corda Laresque vovemus et aras."
Insolitis jactata diu sic motibus obstat

Ponderis immensi luxata coactaque moles;
Adverso sed compelli si pondere cessat,
Mox refuga assueto vadit libramine sospes:
Prodiit ex oris lux alma potensque Britannis (14),
Et nimbos penetrans umbras propulsat opacas;
Læta Thetis vehit, ecce vehit de sanguine regum
Progeniem Gallis, io! adest, lacrymisque subortis
Gratantur reducem, plausus et gaudia miscent;
Concessus, Lodoice, tuis et amara tuorum
Fata recordatus, sontes oblitus es omnes;
Restituis pacem, leges, altaria, templa,
Castalidûmque choros; redit omnis gloria regno,
Spesque foves blandas...... liventi lumine Tigris (15)
Hoc Elbæa videt, prædisque inhiare revulsis
Non lassata, imis Erebi de faucibus accit
Anguicomas, ferroque armat corrumpit et auro (16),
Quas terrore dolove coëgerat undique, turbas;
Agminibus proh! perjuris adrepere virus
Continuabat edax; Princeps virtute verendus
Luderis insidiis, quid et orsa rebellio fallax
Audis interdum, sed credere perfida fidus
Nolebas, tetrumque nefas non esse, quietus
Asseris; indè doli crescunt, ovat impius exul (17):
Saxa super Tyrrhena truces quas foverat iras,
Vipereosque dolos alatis puppibus infert,
Congerit, indagat, parat ipse alimenta furoris:
Tisiphones vix constat opus, quin nocte sub atrâ

Vindictas odiumque vehens per territa Nerei
Arva, iterum perquirat et involet ungue celænûs (18),
Innocuo toties quas sanguine merserat, oras;
Non secus explorat, nigrante e nube, columbas
Accipiter, quem flamma gulæ diuturna perussit,
Et quatit ulteriùs, mutis prorumpit et alis (19),
Abjiciensque repentè dolos vi sævit apertâ......
ô regum nata infelix, fortissima princeps (20),
Delicium gentis, Genio, virtutibus ingens!
Rebus in afflictis nequicquam affata *Garumnam,*
Poscis opem, pactamque fidem, tua jura reposcis;
Fidus at oppressus terrore *Garumna* silebat (21),
Conjugis et tantæ, Lodoix fidissime conjux,
Magnanimis quoque sed vanis conatibus adstas,
Et fato cedis, tu cedere nescius hosti;
Vester et haud potuit Genitor (22) tam dignus amore,
Mitis et impavidus vesanam flectere pestem;
Gens perculsa stupet, tacet, heu! polluta scelesto
Arma favent, iter improbitas et fraus mala pandunt,
Nec domitor, nec pugna fuit, nec Gallia victa;
Seditiosa lues, tactu solo omnia fœdans,
Perculsas urbes, turmas invasit et arces;
Tene scelusque immane tuum, dux perfide, dicam (23)?
Oscula sincero simulas veracia regi,
Munere te cumulat, ferrato carcere clausum (24)
Elbæum juras trahere, et jam venditus illi,
Gallorum in populos fatum exitiale parabas,

Insidiis tu plenus et ad perjuria promptus;
Ingenuum sic Borbonidam, patriamque tuosque
Prodis, et indè suo te denegat ubere pastum
Gallia, non fandos ah! per te passa dolores.
Firmus in adversis gentem Lodoicus amatam
Committit superis et rex abit inconcussus......
Mox mala Pandoræ de pixide cuncta recurrunt,
In populosque ruit dominatio rursus iniqua (25)!
Sed tu corda tenes, Lodoice, ubi corpora frenat
Oppressor, furiasque fovens cruciatur ab illis;
Quas Themis exegit pœnas jam sumere fixum est,
Ecce tremenda dies sed justa, diuque parata.....
Parca minax vel amica neat, mandata capesset
A Jove, plectendos nunc sontes ferrea lex est;
Non exinde nefas, Astræa, dolebis inultum!
Magnanimi reges iterato fœdere juncti (26)
Gnaviter arma virosque pari conamine ducunt,
Lilia solantur tristi languentia fronde,
Lilia amœna colunt, in iis venerantur amantque
Antiquum decus, et stabilita reducere spondent
Francigenis, nam Francigenûm dirumpere vincla
Denuo constituunt; ita dixit rector Olympi,
Dixit, et ad terram, retonante fragore, sonat vox;
Pro nutu cœlos orbemque movêre potenti,
Diruere, ædificare, novas educere formas,
Arbitria arcano tegere et mysteria velo,
Miris sæpè viis ad fines ire statutos,

Et casus ærumnosos pensare secundis;
Sic placet ad votum componere cuncta supremum,
Nescia mutari, terram sic numina mutant;
Et propter te dilectum, Lodoice, jubebunt:
Vindicibus gladiis se tradere spontè rebelles,
Te, duce non viso, fines remeare relictos,
Et solium strato conscendere crimine avitum.
Reddêris genti redimitus tempora lauru;
Tigris, hyæna, lupus, serpentes, simia, vulpes
Larvatâ stabant facie, fugientque revulsâ;
Victa cadent furor anguicomus, vis et fel averni,
Extinctæque faces lethale bitumen olentes;
Nosse tuós dabitur, Lodoix, et sceptra tenebis
Marte prehensa, magìs sed amore prehensa tuorum;
Blanda cruentatis oppones Lilia vinclis,
Oppones Corso pectus regale frementi,
Pectus Olympiacâ tibi quod pervenit ab arce (27);
Gloria, prosperitas et laus sine limite crescent
Ad diadema tuum, sic fortia Lilia stabunt,
Queis ego succurri per probra minasque tyranni (28),
Et frendente illo florebunt, assero vates;
Dulcis et alma dein Pax et Pax longa manebit,
Borbonio veluti constans in stemmate virtus;
Gallorum populos solitâ bonitate gubernans,
Rexque paterque tuis multo ditaberis anno;
Macte animo, Lodoix, alter Lodoicus ab altis (29)
Arridet, propter genitum lautissima fundet

Munera francigenis. Sacro dum monte Camœnæ
Evolitant cantus et opima tropæa parantes,
Conspicuum regem te, mansuetumque colemus,
Festivasque Deo thurís pascemus acerras.
Hæc nostra, ô regum dignissime, vota benignus
Accipe, Gordunûm (30) veracia noscito corda;
Prosperitate tuâ, princeps adamate, fruêmur,
Et fruar ante alios tuo ego de munere gratus (31),
Borbonidasque ut Arausiacos qui præcino magnos;
Fama, tubis celebra *Lodoici* nomen, Eois
Hesperiisque plagis dic indelebile nomen!

16 Junii 1815.

NOTES.

1. La poésie latine.
2. La nation française par allusion aux Lis.
3. S. M. Louis XVIII.
4. S. A. R. le comte d'Artois.
5. S. A. R. le duc de Berry.
6. M. le comte de Sèze, défenseur de Louis XVI.
7. La faulx de la mort.
8. Le roi de France et sa suite refugiés dans notre cité.
9. Tibère, Caligula et Néron.
10. Le duc d'Enghien arraché (contre le droit des gens) de son asyle sur territoire de Bade.
11. La Seine pour la France.
12. La déesse de la vengeance.
13. La déesse de la justice.
14. S. M. Louis XVIII arrivant d'Angleterre.
15. Buonaparte à l'île d'Elbe.
16. L'emprunt fait à Gènes pour corrompre l'armée française.
17. Buonaparte.
18. Une harpie.
19. Les oiseaux de proie volent sans bruit.
20. S. A. R. la duchesse d'Angoulême.
21. La ville de Bordeaux désignée par la Garonne.
22. LL. AA. RR. le comte d'Artois et le duc d'Angoulême.
23. Ney.
24. Il avait juré de ramener Buonaparte dans une cage de fer.
25. Les cent jours, la boîte de Pandore, elle renferme tous les maux.
26. La seconde coalition des Souverains, lors de l'évasion de Buonaparte de l'île d'Elbe.
27. Le cœur vraiment royal que Louis XVIII tient d'en haut.
28. L'auteur a publié des écrits dans l'intérêt des Bourbons, avant la restauration.
29. Saint Louis.
30. Les sentimens des Gantois pour le roi de France.
31. La décoration de la légion d'honneur que S. M. daigna remettre de sa main à l'auteur, pendant qu'elle illustrait notre cité par son auguste présence.

FREDERICO III.

BORUSSORUM REGI, ETC.

Fama tulit, Frederice, tuas ad Sidera laudes,
Quas ego suscepi Latio depromere versu,
Sed magnis mea Musa tremit conatibus impar....
Calliope, cantus afflato benigna precanti!
Euge Novena Phalanx, princeps Heliconis Apollo
Et Genii et Nymphæ, sanctis concentibus orbem
Lætificate, simul festos attollite plausus,
Egregiis lauris placidas innectite olivas,
Grata Jovi quoque consurgat pulcherrima quercus;
Nos socii vobis, regem celebrabimus armis
Insignem; tantas nuper Victoria palmas
Attulit et posthàc feret! undique spargere plenis
Jam manibus flores libet, et libet erigere aras
Undique votivas, ignesque adolêre Sabæos:
Eximiâ, Frederice, tibi de fronde coronas
Promeritas dabimus: diris vastata ruinis,
Lamentata diu, poscensque juvamina supplex
Europe questus frustra geminabat amaros:
Magnanimo miseros casus evolvere regi,
In *Frederico* omnem spem ponere mens erat una;
Ille piis motus precibus, miseransque gementes
Sustinuit populos: leges, altaria, templa,

Et teneras natas, natos, almosque parentes,
Cordibus ah! nostris quidquid sit dulce, patronus
Restituit (1); benefacta potis pensare quis esset?
Usque animus meminisse horret tristissima fata,
Queis nos eripuit præbens solamina victor;
Quippe super nos irruerant, velut agmine facto,
Impietas furibunda, rapina, dolique, necesque;
Tot mala ad insontes projecit *Corsica* demens,
Partu ærumnoso dum reddidit uno et eodem (2)
Plures, territa adhuc recolit quos Roma, tyrannos;
Attonito quis, *Corse*, orbi tua crimina dicet?
Insidiis vulpes, feritate lupus vel hyæna,
Unguibus, ore furens, maculans ut adunca *Celæno* (3),
Tutrices tempsit leges, sanctissima jura
Invasit, cepitque nefanda superbus et audax
Consilia in superos; lacrymis et sanguine mersa
Lilia destruxit (4), queis vilis inopsque misertis
Nuper alumnus erat (5), lacerans sic ubera matris!
Illius ad furias cecidit regalis et insons
Hostia, Franciadûm solamen honosque dolentûm,
Sacro quem veritus non est avellere asylo (6).
(Elysiis, *Enguane*, choris præfulgidus adstas!)
Flos ut gemmatus, fragrantis gloria veris,
Quem vagabunda terit tenerum pede bellua duro,
Sic cecidit..... (7) lugens revocavit, adhuc vocat illum
Sequana; *Borbonidas* per pontum, flumina, montes
Persequitur *Corsus:* Princeps virtutibus ingens,

Majestate placens genuinâ, (ab origine sanctâ
Progenies) sceptrum, Parmense ad flumen, avitum (8)
Gestabat, princeps melior non venerat usquam;
Hanc tantam aggreditur, sceptrum rapit illi, et inermem
Perfidiâ ludens, *Lodoicam* cogit ad *Arni* (9)
Obtrusum solium, *Medices* ubi jura dedêre
Olim (10), sed subitò diadema revellit, et ecce
Romæ, infelicem tenebroso in carcere claudit (11);
Ut vultur prorumpit hians dum flagrat in ore
Dira fames, et Pontificem virtute serenum
Impius affligit.....; gemuit despecta senectus;
Nec sanctus splendor, nec frons veneranda, nec alta
Mitra *Pium* redimunt; e vinclis ad nova vincla
Pertrahitur derisus, inops, opprobria passus (12).
Indè super fluctus furias vehit, appetit *urbem*
Cumæam (13), stimulatque scelestus ubique scelestos,
Et viro complens saturatas crimine turbas,
In solium has adigit per secula multa coruscum,
Quô sedêre diu reges de stirpe *Capeti* (14),
Et stemma augustum plangentibus ejicit aulis;
Frustra, gens, revocas reges oppressa benignos,
Aspera fata tibi viles statuêre tyrannos,
Infortunatam tria qui per lustra ferirent;
Pyrenæa dein conscendit culmina præceps;
Quam parat oppressor, lugeto, *Hispania,* sortem!
Improbus ille probos reges et amore suorum
Condignos urget; geminans fallacia *Carlo*

Oscula confiso, fœdus mentitur amicum (15),
Vipereosque tegens astus, quæ cuderat adfert
Vincla *Tago* (16), stygiâque vocat de fauce sorores
Anguicomas, comitem se dat Discordia, cives
Hæc agitat, furibunda vagans, sitiensque cruorem,
In genitorem armat genitum (17), lætata per iras
Quas vomit, in *Carlos Fernandos* suscitat, ambos
Asperat, incendit..... soliumque repentè dolosus
Insilit, et gladiis et vi grassatur apertâ;
Fœdere junctus et hospes erat, fœdusque fidemque
Rumpit, et exspoliat reges oneratque catenis (18):
Cædibus alternis obtruncat *Iberus Iberum;*
Tela ignesque inter, crebra ad suspiria surdus,
Fumigeris tunc oppressor diadema ruinis
Immite imposuit, per strata cadavera regnans;
Invidiâ frendens *Leopardis* (19) dira *Britannis*
Fata ter intentat, sævum gestare Tridentem
Ardet et enormes speculatus trans mare prædas,
Telluri ut dixit, Thetidi vult dicere legem;
Ast aliter voluêre *Dii,* cohibentque superbum;
Illius hìc rabies cadit irrita; adacta per austros
Emoritur sic tempestas, ubi Saxea moles
Fluctibus obsistit rabidis, frangitque frementes;
Plaude tibi, felix tibi plaude, *Britannia,* cœlo
Plùs aliis accepta, flagrum exitiale coërces;
Nulla quies *Corso,* somnique papavera nusquam
Ad torvos fluxêre oculos, Telluris ad omnes

Attonitæ fines currit, dilapsa per urbes,
Ut fera dilacerat rictu obvia quæque guloso.
Sauciat *Austriacas Aquilas*, truciùsque *Borussas*
Obruit; ad viles thalamos deposcit et urget
Cæsaris illustrem natam (20); tunc, *Austria*, amaros
Fudisti fletus, pollutum stemma decusque
Questa tuum; tua dein, *Frederice*, heredia quærens (21)
Larvatâ graditur facie priùs, inde retectis
Viribus erumpit, seriem sine fine malorum
Evolvit, populos pessundans, teque Nepotem
In fastis *magni Frederici* (22), gloria cujus
Alluxit radiosa decem per lustra *Borussis:*
Inclytus ingenio princeps, Mavorte tremendus (23)
Per pacem quoque famosus fundamina vasti (24)
Jecerat imperii, cuncto quod honore coruscum
Constituit, Musas, artes largitus opesque;
Immortale suo statuens in stemmate sceptrum,
Europæ vires solus surrexit in omnes (25),
Et victor rediit, *Themidisque* receptus in aulâ
Indè tulit leges, genioque creata potenti (26)
Vivificans et alens, armis victricibus auxit;
Postea stellatas superùm revolavit ad arces
Unde datus fuerat; sed ades de sanguine tanto,
Progenies Augusta, tenesque valenter avitum,
Rex animose, decus; tamen in te fata ruêre....!
Regina infelix, ô *Meckelburga virago* (27),
Teutonicæ tu gentis honos, virtute stupenda,

Ad ripas *Salæ* (28), gladium candentibus ulnis
Versabas et spumantem generosa premebas
Quadrupedem, *Bellona* tuam velut *altera* gentem
Dux inflammabas, et ibi quoque Martis honores
Strenua quærebas..... victricia ferre tropæa
Quæ tam digna manus? sed inexorabile numen
Usque resistebat; vanis ah undique vanis
Ausibus ardebas, herois; cedere Parcæ
Lex immota stetit, non hosti cesseris usquam;
Conjugis impavidæ, care et dignissime conjux,
A non ullo etiam discrimine abesse volebas,
Nequicquam duplices tendens ad Sydera palmas,
Implóransque juvamen ad aspera fata tuorum.....
Cuspide lethiferâ pungens dolor acer inibat (29)
Pectus ibi, *Lodoica,* tuum: rosa sic cadit arens,
Assiduo tenuem dum vermis dente medullam
Rodit edax; *Lodoica,* gemens sic lumina claudis,
Lamentisque exhausta cadis! cooperta cupressu
Prussia, reginam luge, nam postea talis
Adveniet nunquam, herois conscendit Olympum;
Nectaris, Ambrosiæque dapes habitura perennes,
Considet ad mensas conviva beata beatas.

Corsa labat nondum rabies, *Belgas Batavosque*
Insatiata petit, flagratque oppressor anhelus
Ad regnum, quod (30) *Nassovius* fundârat in undis;
Immensas hìc glutit opes, mirumque sagacis
Wilhelmi (31) subvertit opus; sed mentibus atra


Excidat illa dies..... successit dextra sinistræ
Sors; *Batavis Belgisque* antiqua ligamina reddunt
Nassovio-Brandeburgo de *stemmate* reges (32);
Principibus precor hisce fave, fortuna, benignis!
Tu quoque *terra Pharos* (33), vos *Volga Borysthena, Neva* (34),
Sensistis Corsi non fanda flagella tumentis:
Dum *Nili* ad ripas transfossa cadavera acervat,
Sedibus in glaucis volvisse cruore rubentes
Horrebant Nymphæ fluctus, pavidæque sub imum
Aufugêre..... plagâ torrenti ejectus ad algens
Clima volat, volat impatiens ubi candida nutrit
Pax populos; *Petri* esuriens heredia *Magni*,
Flammato gelidum conquirit lumine regnum;
Vixque videt, furiis prorumpit adactus acerbis;
Insontes, miseros mortales cuspide et igne
Enecat, et celsas ad rudera dejicit urbes;
Tela tubis ex æratis ardentia vibrans
Arcibus ipse faces bombosque labantibus infert;
Alternis turmæ manibus jactantur ad umbras,
Signabantque cruor, flamma et mors pallida gressum,
Tot scelera ausus Alexandri sic regna cruentat;
Inconcussus Alexander domitantibus armis
Irrueret quamvis, implens terrore phalanges,
Certabat frustra ductor generosus et acer,
Ah necdum populos redimi mala fata sinebant!
Funditus excidium, tellus miseranda, subisses,
Ipsa tibi si non tulerant elementa juvamen,

Justa sed horrendum dirumpent numina flagrum.....
Criminibus lassata nimis, depressaque luctu
Ad supremam, Europa, diem, metamque laborum
Clamabas, sed rejecit miserabile votum
Arbiter æternus, qui terram, sceptra et honores
Est conferre potens, cujus clementia mentes
Exsuperat nostras, quantùm dispersa per axin
Astra super luteas dominantur fulgida sedes;
Contusos animos, laudes, insignia regum
Direpta, et truciter fractas miseratur habenas;
Sceptra diu polluta, invasa palatia priscis
Assignat dominis; levibus caducifer alis
Jussa capit, subitò superi solamina dantes
Invigilant, iterum præsunt Telluris amatæ
Hospitibus, viresque suas cum lumine sancto
Principem ad augustum fundunt, cui nobile munus
Legavêre, basi mundum fulcire repostâ.
Cuncta potente manu moderari, figere leges,
Arcanis gaudêre viis et condere dia
Consilia, e miseris prosperrima gignere, regi
Hic modus est summo, qui dirigit omnia nutu:
Mittitur a cœlis princeps, mandata superna
Qui tenet, e *Brandeburgâque* propagine clarus (35)
Prodit; abhinc seclis hoc orsus stemma novenis
Hugo comes ferrettus erat (36), memorandus in ævo;
Illustrata procul *Stirps* hinc *Alsatica* surgit,
Unde habuêre duces *Lotharingia* et *Austria* multos (37),

Cæsareo qui tamdiu eunt diademate cincti (38);
Indè tui pariter venêre, *Borussia*, reges,
Imperium qui constituêre decusque perenne;
Tantus ades, *Frederice*, tuis, te nomine tanto
Signabat Genius faustis natalibus adstans,
Jussa tibi nam Cœlicolùm commissa sciebat.....
Susceptus placido a *Mavorte*, bonâque *Minervâ*,
Egregius crescis, *Frederici* ad splendida magni
Gesta stupes, cor idem qui sanguine habes ab eodem;
Immensum laudis calcar stimulabat avitæ
Te juvenem, dein acta virum generosa probabant;
Divino procedebas, rex, robore firmus,
Et mandata sequens, ultricia fata scelestas
Conjicis in turbas, et telorum obrutus imbre,
Impavidas crebrò per sæva pericla vagaris,
Crescere namque tuas voluêre ita numina lauros,
Atque manu semper te succurrente tegebant,
Nec raro diras nôrunt arcêre sorores.
Te *Russus*, *Teutoque*, *Polonus*, ovansque *Borussus*
Gradivi Patris contemplabantur amicum,
Gallia te tandem numerosa tropæa gerentem,
Subque *Aquilis* vidit sua Lilia salva *Sicambris*;
Aspera tum, princeps, vicisti fata triumphans,
Dumque domas *Corsum*, rabies cadit omnis ut ille,
Impia et ad stygias vis deturbatur abyssos;
In spretas volucres, aviumque ignobile vulgus
Regia sic ales se projicit, impete et uno

Vincit, ubi vultur, vel falco, ciconia, bubo
Imparibus fatui tentant confidere pugnis;
Decretum quod erat, *Frederice*, facessis et orbi
Indictas statuis formas, et Gallia clamat:
Borbonidas, rex magne, reduc tam sæpè rogatos!
Et bonus assentis: ad avita palatia regem
Optatum ducis, Lodoico sceptra reponis;
Alter id empyreâ Lodoicus ab arce videbat (39),
Et tanto arridens gratus de munere, celsis
Ipse choris te commendat, te laudibus effert.
Lilia sustentant *Aquilæ languentia fortes*, (40) et (41)
Hæcce fovent, solantur, amant, gaudentque refecta.
Sic agis et *Corsum* Tyrrhena ad saxa relegas (42);
Traditur *Elbæis* furiis, sed denuo prædas
Appetit avulsas, ultorque repentè recursat;
Innumeris etsi turmis, rabieque novatâ
Exsiliat, mergens Brabantica cædibus arva,
Immoto effrenos scis temnere corde furores,
Et *Belgas*, *Batavos*, *Anglosque*, tuosque *Borussos*
Accendens, oppressorem per ferra, per ignes
Pellis, et infernos, quasi fulmine, comprimis ausus.
Exul eras, Astræa, diuque a patre petebas
Auxilium, et pronâ nunc excipit aure precantem;
Non exinde nefas, queribunda dolebis inultum (43)!
Jamque tenent *Corsum Leopardi* (44), perque *Tridentis*
Regna trahunt, meritas potis est mordêre catenas,
Rupe Atlantæâ, si vult, evadere tentet!

Macte animo, princeps, tibi non moritura dicamus
Vota, quoad rutilos cernemus Apollinis ignes,
ô *Frederice*, volent te lumina cernere nostra;
Grata suum lacrymis Tellus celebrabit obortis
Patronum, nec abhinc benefacta silebit opima;
Prosperitas, splendorque recenter adauctus avitum
Attollent sceptrum, victrices semper ubique
Sed justæ stabunt *Aquilæ*, quas alma *Minerva*
Et generosus alet *Mavors*, hæc assero vates;
Solatura dein pax et pax firma manebit,
Ut spes, ut virtus in *stemmate* firma *Borusso*;
Rexque paterque tuis, umbratus tempora lauru,
Dilectam solitâ gentem bonitate gubernans
Vives, et magnus pulcherrima lustra videbis;
Fortunatus eris princeps, expertia fati
Fama procul tua gesta sonat, nam funera vinces;
Fama tubis effer *Frederici* nomen ad astra,
Nobile, *Mnemosynes* in templis, scribito nomen!



NOTES.

1. La valeur des troupes prussiennes qui a si puissamment contribué à la victoire de Waterloo, à laquelle nous devons la conservation de tout ce que nous avons de plus cher.

2. Les Empereurs tyrans de l'ancienne Rome.

3. Une harpie.

4. La France.

5. Buonaparte fut élevé aux frais de l'état dans une école militaire.

6. Le duc d'Enghien; il fut surpris contre le droit des gens sur le territoire de Bade, et traîné à la mort.

7. Le même.

8. La duchesse de Parme, fille de Saint Louis.

9. Elle régna peu de temps à Florence (sur l'Arno) comme reine d'Etrurie.

10. La célèbre maison de Médicis y régna autrefois.

11. Cette princesse dût par ordre de Buonaparte se retirer dans un monastère à Rome, où elle fut captive.

12. Pie VII traîné de prison en prison par Buonaparte.

13. La ville de Naples.

14. Les rois de Naples sont de la maison de Bourbon, descendans d'Hugues Capet.

15. Buonaparte feignit un traité de paix et alliance avec la couronne d'Espagne.

16. Le tage pour l'Espagne.

17. Buonaparte troubla la maison royale d'Espagne en armant les princes les uns contre les autres.

18. Ils furent ses prisonniers.

19. L'Angleterre.

20. Le mariage forcé de l'archiduchesse Marie-Louise.

21. L'oppresseur morcela l'héritage du grand Frédéric.

22, 23, 24, 25 et 26. Ce prince régna glorieusement pendant

50 ans; guerrier, législateur, philosophe et littérateur, il recula les bornes de son royaume, donna un code de lois à ses peuples et cultiva les muses.

27. La reine de Prusse, princesse de Mecklenbourg.

28. Elle anima l'armée prussienne par sa présence.

29. Elle mourût de douleur à la suite de la bataille de Jéna.

30. Guillaume de Nassau, fondateur de la république des Provinces-Unies, dont il arracha pour ainsi dire, le territoire à l'océan et à l'escaut par des digues et des ouvrages ingénieux, il défendit sa république contre les oppresseurs et la fureur des flots.

31. L'admirable ouvrage de son génie.

32. Le roi des Pays-Bas de la maison de Nassau; la reine de celle de Brandebourg.

33. L'Egypte.

34. La Pologne et la Russie désignées par leurs principales rivières.

Les élémens eux-mêmes ont combattu l'oppression.

35. S. M. le roi de Prusse de la maison de Brandebourg.

36 et 37. D'après une opinion reçue, les marquis de Brandebourg sortaient de l'ancienne maison d'Alsace, ainsi que la maison d'Autriche et de Lorraine qui se réunissent toutes dans la même souche, savoir Hugues, comte de Ferrette, chef de la maison d'Alsace; il vivait vers l'an 950 et fut père de Gontram le riche et de Gérard d'Alsace, tiges des maisons d'Autriche et de Lorraine, qui de rechef réunies par le mariage de l'illustre Marie-Thérèse avec le prince François de Lorraine (depuis empereur sous le nom de François I[er]) portent maintenant la couronne impériale.

38. La maison d'Autriche porte la couronne impériale depuis cinq siècles, son chef est Rodolphe de Habsbourg.

39. Saint Louis.

40 et 41. Les lis et les aigles, la France et la Prusse.

42. L'ile d'Elbe, rocher dans la mer de Toscane.

43. La Déesse de la Justice.

44. Les Léopards (l'Angleterre) se saisissent du Corse et le transportent à l'ile de S[te]. Hélène.

GEORGIO IV.

MAGNÆ BRITANNIÆ REGI.

Lilia, Phœnicemque, Leonem, Aquilamque Borussam
Qui cecini (1), meritas Leopardis edere laudes
Tento, Georgi, humilem non dedignabere vatem!
Littora dum Geniis volitare libebat ad Angla,
Propitios et eò vertebant numina vultus,
Nec mora stellatis a sedibus alma sonat vox:
« Magnanimis regnum Dominis committit Olympus,
» Gloria queis vivet nullo delebilis ævo (2);
» Illustri profluxit enim de sanguine stemma,
» Unde dati jam tot proceres, tot et unde dabuntur
» Cæsareo et regali omnes diademate digni,
» Quos Clio magnos seclis designat ab octo;
» Innumeris Azo princeps heroibus adstat (3);
» Irrita sub tantis spes non erit ulla patronis;
» Cœlitus indictos quis adire recuset honores?"
Qui promissus erat, populo acclamante, Britannum
Conscendit solium, suscepit et acer habenas
Multigenâ notus virtute Georgius orbi (4).

Ore ubi spectabat *Tamesin* fortuna sereno,
Solliciti celebrem Mars et Tritonia virgo
Armis, ingenioque volebant condere gentem (5),
Quæ gemino tunc processit splendore decora,

Et faustum seclis surgebat euntibus astrum,
Quô surgente comes vitalia lumina vidit
Optatus princeps in quo spes omnibus una,
Et populo prolem Lucina ferebat ovanti (6);
Sceptra, Georgi, ut eras ad Hanovra vocatus et Angla,
Oblitus non es Musas, nec templa Minervæ,
Et pridem erectas dum celsiùs erigis aras,
Promeritis conferre Sophis insignia gaudes,
Obstupuitque Britanna propago resurgere Athenas,
Et sibi Palladias reduces plaudebat ob artes (7);
Albion, hocce tibi decus indelebile stabit!
Sic helicon, sic alma Jovis quoque nata spopondit.
  Destructor postquam cruciaverat impius orbem,
Europæ libertatem victricibus armis (8)
Restauras; miserûm gemitu commotus ad Afrûm
Serviles tractus, vada trans immania spectas,
Millia multa jubens arctis exire catenis (9);
Auxiliante tuo quæ spirat libera voto,
Nunquam cessabit clamare *Columbia* grates (10).
Tormentis ubi inauditis succumberet *Hellas*,
Teque imploraret suffusa cruore patronum,
Congeris ecce rates et ferro et milite fœtas,
Mortivomosque tubos fluitantibus arcibus infers,
Turcarum sic pollicitus frenare furores (11);
Laudis amor Gallos et Russos impulit idem,
Cum Leopardo Aquilæ firmant et Lilia fœdus,
Vexillisque ire unitis ad prælia poscunt (12);

Hæc ita jam dudum decreverat Arbiter altus,
Robore vestra suo qui fortia pectora fecit,
Obsequioque citi jussa ad divina stetistis;
Æquora sulcantes, Aquilone adigente, scelesta
Littora vidistis Mahometigenûmque latebras (13),
Et vix contigitis, pacantia verba locuti
Exitiale illinc justumque avertere fatum (14)
Tentâstis, surdâ sed respuit aure benignos
Barbara progenies, stragem subitura statutam:
Oribus æratis e mille vibrata volat mors,
Mulciber et Nereus uno urgent funera nisu,
Sub facibusque cadunt torrentibus undique Turcæ:
Æstibus in mediis animas cum felle vomebant,
Vindice et a Nemesi contrudebantur ad orcum.
Non secus alatos in squammigerosque latrones
Regnator volucrum se projicit, impete et uno
In fera rostra, unguesque ruens obstacula rumpit:
Vultur et ossifragus, mergi, accipitrumque sequela
Terribiles insulsè ausi deposcere pugnas,
Sternuntur, multasque neces nece pendere discunt;
In pelago tristem vaga dant incendia lucem,
Diruptæ puppes et sparsa cadavera tinctos
Sanguine per fluctus volvuntur, et horrida mortis
Pandit imago trucem feriant ut numina pestem;
Lunigeri, vestrum nunc implorate Prophetam!

Barbaries sic Europæ sub viribus impos (15)
Occidit, at plures aliis tu nactus honores,

Quem geris, invictum servas, rex magne, Tridentem,
Et populis qui solamen, flagrumque tyrannis
Esse soles, Abarinno in marmore stella salutis
Lucebas, oppressorum patronus et ultor (16).
Jubilat, et festis *Hellas* decorata corymbis
Incedit, sceptro grates actura Britanno
Egregiâ nexas affert de fronde coronas,
Et dat, odoriferoque palatia munere suffit (17).
Omnia nunc fiunt quæ portendebat Olympus
In variis rerum vicibus majora daturus:
Aurea selecto statuuntur secula regno,
Namque dolosa Dii nunquam promissa dedêre,
Assero: prosper eris, Rex, prosperitate tuorum.....
Atria sylvicolæ per frondea ovare Puellæ,
Dumque altis ibat *Tamesis* præstantior undis,
E fluvio Nymphæ niveas educere palmas,
Et roseas monstrare genas, oculosque venustos,
Et citharis canere, harmonicosque attollere plausus;
Cantibus hisce meos et ego conjungere cantus,
Oblatisque velim mea serta annectere sertis;
Corde data accipies, Princeps, munuscula vero,
Ingenuumque rigore timens affligere vatem,
Dona vidêre voles in flore superba modesto;
I quercu et lauru, Rex, i præcinctus olivâ,
Ad tua munificus vota arridebit, et ultro
Dona super gentem Deus accumulabit amatam:
Musa salutiferum conata referre triumphum,
Augusto Mecænatem deposcit in *ipso*.

NOTES.

1. Les épîtres que l'auteur a présentées à LL. MM. les rois de France, des Pays-Bas et de Prusse, et à S. A. le prince de Hohenlohe-Waldenbourg-Bartenstein.

2. La gloire de la maison de Brunswick.

3. Cette illustre maison a pour tige Azon d'Est marquis de Toscane, qui vivait vers 1028.

4. George I appellé au trône d'Angleterre.

5. Mars et Minerve promettent toute gloire à la Nation Anglaise.

6. Un astre de bon augure se lève, avec lui paraît au monde un prince destiné au bonheur des peuples; Lucine montre le royal enfant, George IV est accordé aux vœux de la nation.

7. Ce prince protège les établissemens d'instruction publique, et leur donne un nouveau lustre, il honore et récompense les savans; Athènes renaît dans Albion.

8. Les armes victorieuses de George IV ont principalement contribué à abattre l'hydre révolutionnaire et à détruire la puissance usurpée de celui qui avait si long-tems désolé le monde par son orgueilleux despotisme.

9. L'abolition de la traite des nègres.

10. Les nouvelles républiques de l'Amérique méridionale reconnues par l'Angleterre.

11. Ses nobles et courageux efforts pour la délivrance des Hellènes; son alliance avec la France et la Russie aux mêmes fins.

12. Départ des flottes réunies.

13. Leur arrivée devant Navarin.

14. Leurs tentatives réitérées pour prévenir les calamités de la guerre et une destruction prédite à défaut de se soumettre à des conditions de paix conformes à la civilisation européenne.

15. Le mémorable combat naval qui fit triompher la chrétienté sur la barbarie Ottomanne.

16. Cette glorieuse journée appartient particulièrement à l'Angleterre, qui sauva une seconde fois les peuples.

17. La Grèce reconnaissante va au trône de son libérateur et lui offre des couronnes de fleurs.

La Tamise enchantée élève ses flots, les nymphes sur la plaine liquide et celles des bois dans leurs palais de verdure tressaillent d'allégresse, elles joignent leurs applaudissemens et harmonieux concerts, l'auteur les accompagne de sa muse et implore Mécène dans Auguste.

KARLO

MAGNO SAXO-WEIMARIÆ DUCI.

Exilii de sede voco recoloque Camœnas
Flander ego latias (1), non a te rejice, princeps,
Edentem celebres, tritâ testudine, casus;
Inclyta jamdudum volui tua gesta, decusque
Misniaco semper crescens in stemmate, versu
Pandere condigno, tantis sed nisibus impar,
Musa benigna quidem, non ausa tremensque refugit;
Quam longa heroum series, quam digna nepotum
Progenies superùm concessa favore Sicambris!
Hanc tacuisse nefas, hanc enarrasse decorum est;
Efferor impatiens, nec abhinc, dux magne, silebo
Palladias ut opes et libertatis honorem
Immenso dederis stimulatus amore tuorum,
Quos magnos et felices moderamine justo
Constituis, festos ideo meditabimur hymnos;
Calliope, trepido ne sis adversa poëtæ!
Urbs Thuringiacis antiqua superbit in arvis,
Hanc (seu fortè, loci seu blando captus amore)
Irrigat Ilmus, et ad Salam sua flumina portans (2)
Vicinis Nymphis occurrit, ibique per ædes
Cæruleas gestit, narratque et denuo narrat
Quam felix sub Misniaco *Weimaria* sceptro,

Sit, superûmque manu decus ut ducatur ad altum,
Laudibus ingenii mox illustranda stupendis.....
Centum fama tubis resonat quæ retulit Ilmus,
Sollicitusque omnis cœlestia munera Saxo
Appetit, exspectans quæ sors decreta sit urbi?
Ecce repentè animis affectio blanda potensque
Affluit, ignotâ sapor est dulcedine plenus,
Quô comite, adveniunt spes et solamina genti;
Sic fit enim quoties æternis numina templis
Exire et fragiles optant invisere sedes:
Sidereum per iter, rhedis invecta coruscis
Numina Saxoniæ veniunt mirantis ad oras,
Docta præest sacræ, cum Marte, Minerva phalangi;
Nectare et Ambrosiâ Zephyrus dum fumigat auras,
E cœtu fulgor tam vividus ibat, ut uno
Lumina terrigenûm radio cæcaret, et alis
Pierides placidis volitant oracla daturæ,
Nec mora contiguis penetralibus egreditur vox,
Vox ingens sed amœna nec unquam audita sub axe:
« Saxones, eximium vobis stat nomen in armis,
» Gesta decem quatuorque a seclis (3) nota per orbem
» Mnemosynes meritò per eburnea fana perennant;
» Vidêrunt populi, nec cessat dicere Clio,
» Albion ut sospes, vestroque juvamine firmum
» Constiterit, *Picti* quando *Scottique* feroces
» Fœti igne et ferro Terram invasêre Britannam (4),
» Sed virtus quid vestra queat, sensêre subacti,

» Nam procul expulsi fracto fugêre furore,
» Et stragem memorant horrendam hucusque trementes;
» Impavidis ideo sceptrum gens grata patronis
» Obtulit (5), et plures vestro de sanguine reges
» Imperio nôrunt frenare potente Britannos,
» Qui tolerare jugum nequeunt nec stare sine illo;
» Gente et erat datus e vestrâ notissimus heros,
» In fastis heros Witikindus (6), hic a patre celso
» Sumptus ad astra, suis per secula dena Sicambris
» Invigilat, durabit huic laus nescia fati;
» Dux ubi tantus erat, numerosa tropæa tulistis,
» Saxones! in campis Mavors certabat ut alter,
» Obtrusasque Aquilas (7) et Lilia strage sub unâ
» Ultor depressit, Karlum qui nomine magnum
» Quò sua cumque loco ferret vexilla, fugacem
» Ursit, et ad pugnas crebrò remeare coëgit;
» Gallorum laxare jugo Witikindus amatam
» Molitus gentem, Germanos insimul omnes
» Eripere e vinclis nunquam lassatus avebat (8);
» Ut Leo pantheris, tigribusque obstans et hyænis,
» Assiduis Oppressores conflictibus anxit,
» Nec discrimen erat quod non incurreret audax;
» Sæpè gigantæos, ô *Rhene, Albisque,* labores (9)
» Vidistis, fluctusque negâstis cæde rubentes
» Volvere, et ad penitos Nymphæ fugêre recessus;
» Vixque triumphales heros ascenderat axes,
» Quin superas saliêre repentè ad fluminis undas,

» Patronumque suum contemplabantur ovantes;
» Susceptum fortuna rotis insigne secundis
» Duxisset, funus ni flebile fata parâssent,
» Namque suâ Suevum (10) falce armavêre furentem,
» Et cecidit, ceciditque manu mactatus iniquâ
» Dux ille egregius, splendor columenque suorum,
» Threiciis victor toties signatus in arvis;
» Cum quercu lauroque sepulchra cupressus adumbrat.....
» Sic bona quæque rapis, mors improba! se duce tanto
» Asseruêre satos illustre ob stemma superbi
» Cæsareum qui insigne tulêre Henrici et Othones (11)
» Cretus et hinc Cæsar populis et regibus ultor
» Prodit Alexander Russis concessus et orbi;
» Stemma Lotharingum quod jam diademate cinctum
» Austriaco fulget, proavum conclamat eumdem (12);
» Quæ Danis spectanda præest, venit indè propago,
» Alteraque Imperii Sueci quæ gessit habenas,
» Gentis et Eoæ semper conservat amorem;
» Quis te non memoret? generose et amabilis ô tu!
» Absentem queritur, reducem te Suecia vellet;
» Ad metam perges, ô regum nate, statutam,
» Post imbres Iris placidos evolvet amictus,
» Nobile, vaticinor, dabit *aurea Malus* Asylum.....
» Par et habêre decus Witikindi a sanguine reges
» Saxones et Sardi gaudent, gaudentque Borussi;
» Stirpe ab eâ magnus surrexit et Hugo Capetus (13),
» Regia Franciadûm de quô prosapia manat,

» Sanguine et abs illo reges fluxêre Poloni,
» Reges ad sceptrum, populo acclamante, vocati,
» Omnes omne decus Witikindi in stemmate ponunt;
» Sed tu, Karle, suam cui nunc Weimaria sortem
» Committit, nexu heroi propiore ligaris (14),
» Unde tibi propiùs jubar immortale coruscat,
» Inque tuo, Princeps, laus non viget ultima ramo;
» Nomen ibi septem a seclis memorabile fixit
» Conrardus, celsæ fundans primordia famæ:
» Sæpius eximios Mavortis adeptus honores,
» Turmis in mediis, ambitus tempora lauro
» Ibat, et a Lotharo virtutis præmia nactus
» *Misniacum* tenuit sceptrum, tenuitque *Lusatum*,
» Nec fuit insigni donum duce dignius usquam;
» *Misniacûm* Conrardus origo superbit (15), ab illo
» Tu, Frederice, venis, laudis provector avitæ;
» Armorum tibi namque Deus cognomina ab armis
» Non peritura dicat, miratus et inclyta Cæsar
» Gesta Sigismundus, tua et ipse heredia gratus
» Saxonico lautè sceptro decoravit et auxit (16),
» *Saxoniæ* unde *Duces* cœpistis nomine dici;
» Ardua scandistis properante cacumina gressu,
» Ales ad æthereas ita pergit Olympicus oras,
» Intrepidosque effert stupefacta per astra volatus;
» Ecquis ibi novisse manum Jovis abnuat altam?
» Et tu, qui *sapiens* plaudente vocaris ab orbe,
» Illustri in serie dux non inglorius exstas,

» Rite et in antiquis fulges annalibus ingens;
» Gesta ibi patronum signant famosa modestum,
» Namque tibi Proceres dum sceptra tulêre Sicambri,
» Cæsare tu major renuisti ascendere sedem
» Cæsaream, patriæque pio flammatus amore,
» Austriaco voluisti Aquilas concredere Karlo (17),
» (Karlo, Gordunâ qui cretus in urbe, superbum
» Franciadûm regem Latiis superabat in arvis) (18);
» Lege sed imperium justâ lenire volebas,
» Firmo qui nôsti cohibêre tyrannida freno,
» Auroramque dabas faustam lucêre Sicambris,
» Teutonicæ libertatis tu nobilis auctor (19);
» Libertatis amor, toto quem pectore alebas,
» Munifico e Cœlo fusus flagraverat ad te,
» Perque tuos ardore viget crescente Nepotes;
» Alter et ex animis non ibit, Saxones, unquam
» Fortis at infelix princeps, quem candida Clio
» *Magnanimum* vocat (20); innumeras victoria palmas
» Heroi tulerat, sed seriùs aspera fata
» Insectata fuêre et depressêre verendum;
» Sic vaga ludebat miscens adversa secundis
» Sors, et ubi minitante virum spectaverat ore,
» Infortunatum in vinclis, Molyberga videbat (21)!
» Non aliter longos Libano dominata per annos
» Eruitur rabido cedrus concussa sub ictu
» Infesti Genii, Styge quem Furia acciit atrâ;
» Unde diu doluêre, quibus porrexerat alma

» Cedrus odorifero placidum sub tegmine asylum;
» Saxonicum, Libitina, decus delêre volebas,
» Sed jussis oberas cœlestibus invida et impos:
» Promissus splendor non exstinguetur, iniqua
» Falx quoties feriat, velut e tumulo venit alter
» Heros erepto dignus succedere, plures
» Indè viros dum laudârat Germania, prodit
» Bernardus (22), ductorque suis famosus in oris,
» Bernardus sibi apud Gallos par condere nomen
» Ardebat; mirata ducem Mavortia jam tum (23)
» Gens erat, impavidumque ad se non lassa vocabat,
» Et tu fisus huic, Lodoix, cognomine justus,
» Lilia contra Aquilas tua defendenda dedisti,
» Vix dederas, citus hostiles irrumpit in oras,
» Dejicit aerias per tela Cyclopea turres,
» Et tua tum figens super arces signa labantes,
» Quæ sibi nata, tibi, Lodoice, tropæa ferebat,
» Franciadûmque stetit dux et fortissimus ultor;
» *Mons jura, Helvetii, Tellus Alsatica, Rhenus*
» Obstupuêre inter se Herois gesta loquentes;
» Sed qui cœlicolûm descenderat ædibus, ædes
» Advolat, et frustra Tellus repetebat ademptum;
» In busto si quid superest sublime modesto,
» Hasce dolens ah relliquias servato Brisacum (24)!
» Misniaco toties experta in stemmate virtus
» Munere condigno jam compensabitur, et sors
» Quæ promissa diu, sors, Saxones, advenit alta!"

Hæc ubi dicta, Deûm certatim jussa capessunt
Cum levibus Nymphæ Geniis, luduntque per auras;
Harmonicis promissa sonis dum sancta canebant,
Ecce plagis Thuringiacis allabitur Hermes,
Fila lyræ modulos ad dulces aurea flectit,
Confestimque adventurum de stemmate clamat
Misniaco, quem Diva sagax et Threicius dux
Fovêre, ut per eum Weimaria docta potensque
Emicet, atque alias flammans quasi fax super urbes,
Teutonis ad terram Tritonia lumina fundat;
Nec mora vitales princeps surgebat ad auras,
Princeps ad populi qui vota precesque dabatur.

Cunis sollicitæ primis ubi, Karle, jacebas,
Promptæ se Musæ glomerant infixa tenentes
Ora, nec aspectus cessant iterare benignos;
Florida dum spargit circum te munera Chloris,
Una cupido Deas et prolis amor trahit unus,
Selectamque super cœleste Minerva vocabat
Lumen, et ad cunas fax illico fulsit amœna,
Vivificansque animos, oculis blandita placebat;
In mediis infans astris rutilabat ut astrum.
Cordi tum tenero fervens ad Apollinis artes
Est infusus amor, miracla tot indè daturus.....
Castalidûm studiosa cohors afflamina proli
Dum dat et ingeminat, Karlum pervadere sancto
Igne volunt omnes, et celso a numine jussæ
Optatum patulâ palmarum fronde coronant;

Hunc etenim fidum sibi promisêre patronum,
Fœcundante manu sacras qui pasceret artes;
Insimul e vegeto spirare ibi germine cœpit
Libertatis amor de stirpe renatus avitâ (25);
Pectore in egregio, juvenis mirande, fovebas
Semina, quæ gremio fuerant effusa superno,
Parvula et ad magnum scintilla incanduit æstum,
Fluxisse unde Ilmus complaudit dona Minervæ;
Sic placuit superis, sua qui tibi credere jussa,
Karle, tuam supra gentem voluêre beandam,
Et datus a Cœlo cœlestia jussa facessis;
Lumen ubi non visa manus tribuebat opemque,
Ingenium et virtus ibant properantiùs annis,
Quodque aliis ætas raró provectior adfert,
Propitium celeri tempus tibi contulit alâ;
Non aliter splendor consurgit odorus in hortis,
Splendor cui pariles non objicit ullus honores,
Omnia et hinc fient ut cœlitus antè statuta:
Ad tua vota dati legantur, Karle, sagaces
Saxonibus Genii, doctrinæ luce coruscos
Terra stupens Germana videt, gavisaque tantis
Hospitibus, venisse Deûm jam dona fatetur:
Melpomene comes it, comes itque Thalia Minervæ,
Insolitoque manus sibi tendunt fœdere amicas,
Et sua dum caræ reserunt penetralia genti,
Occultata diu faciles mysteria pandunt.

Pieridûm et doctæ Tritonidis inter alumnos
Culmine stant alto victricia signa gerentes
Schillerus et Gætus, genioque acerrimus ille,
Danubius quem gaudebat genuisse, Wilandus (26),
Et grates ob quem solvit Weimaria Suevis;
Illustres trini non ullâ laude carentes!
Namque graves levibus soccis sociare cothurnos,
Argolicasque docent hederis adnectere olivas,
Præpete quisque decus rapit immortale volatu,
Eximios venerata viros Europa salutat;
His tu dignus eras et doctam condere gentem
Acriter enixus complêsti, Karle, tuorum
Vota, nec ulla tuis obsistent numina cœptis.

Artes ad cunctas, cunctos et ad artis alumnos
Intendis mentem, vigil effers omnia corda
Ad Musas, quas ipse foves et amanter honoras,
Aras namque voves, et munera regia confers,
Palladiasque jubes tuâ in urbe resurgere Athenas (27);
Spontè id Olympiaco Patri retulêre, chorosque
Te per Apollineos carum coluêre Camœnæ,
Nec magìs ulla dies fuerat jucunda Deabus,
Et simul applaudunt quod libertatis amœnæ
Munificus princeps donum concesseris ultro;
Culmen adepturas, hâc auspice, Apollinis artes
Asseruêre Deæ, præconia et indè suprema
Spondent, unde ingens nascetur gloria sceptro (28);
Gaudia dum citharis edunt effusa, melosque,

Fama tibi celsas e marmore et ære columnas
Erigit, et populos magnum te clamat ad omnes!
  Huc et ovans celerat, lætoque terit pede terram
Virgo tibi blandos gestans Tritonia vultus,
Ægide nam tutrix semper te fida tegebat,
Et tibi se Musas dare amicas gaudet amica.
  Misniaco jamnunc regno favor advenit omnis;
Muneribus longùm, princeps, eris hisce beatus,
Deliciæ Lodoica tuæ, dulcissima conjux
Sorte pari lætata, pari splendore corusca,
Votis pro nostris, multos tecum exiget annos;
Prædico: majora dein concedet olympus,
Qui rebus statuit vos exaltare secundis,
Gloria Misniacùm vivax et lucida stabit!
  Te quoque, Saxonicà cretam de stirpe Mariam (29),
Te memorare juvat, princeps virtutibus ingens,
Grata cui spirant Francorum pectora: mater
Regis es eximii, qui *Lilia* nuper honores
Extulit ad summos, Lodoix servator Iberi
Nobile Misniaco gaudet cum stemmate fœdus.
  Altera procedit natalibus hisce Maria (30),
Quæ probra et diros in vinclis passa dolores,
Nunc beat Hesperios regina redempta redemptos.
  Surgis et hinc, delusa citò, Leopolde (31), Britannis
Qui spes nuper eras, Carolamque reposcis ademptam
Usque tuam..... sed falce rapit Libitina tenaci,
Et precibus, Leopolde, tuis immota resistet,

Albion ah tecum gemit insolabile ad urnam!
Numina quam dederant, stellatis vivit in aulis,
Et toties repetita erit hìc tibi reddita conjux.
Infaustis persæpe dies succedere faustos
Atque afflare bonam post nimbos accidit auram;
Haud pridem solenne dedit Bellona tropæum:
Pestis ubi afflictos cruciabat Corsica Belgas,
Germanas illuc duxisti, Karle, phalanges (32),
Usque memor Patrum laus quanta vigeret in armis,
Agmina magnanimus domitor furibunda fugâsti;
Æratas quoties turmas invaseris audax,
Auxiliante Minerva manu protexit alumnum,
Quamque precabamur per inania vota salutem,
Quæsitam virtute tuâ stabilemque tenemus,
Unanimes ideo nostras, dux, accipe grates!

Laude minor vester nec erit *Bernardus*, avitum
Qui jam sustinuit, multo certamine, nomen,
Æmulus alterius Bernardi postea fiet
Ingenio princeps et amabilitate notandus;
Hunc habet, illustremque sibi servabit amicum (33)
Ganda, viris tot clara, per hunc quæ clarior exstat,
Esto vir, esto precor, nobis durabilis hospes;
Auspice sub tanto, sincera dicare licebit
Carmina spero, Duces, placidas et habete corollas,
Nectere devotus festo quas flore volebam.

Exiguum, sed corde datum, confido placebit
Munus, eruntque humiles, sic munera magna myricæ.

Insignes et dilectos, Weimaria, dudum
Hosce tene dominos, nam spes et gloria Gentis
Concessi sunt, et crescent Falcone sub albo (34),
Quos cum Marte favens Tritonia sanxit, honores.

1823.

La ville de Weimar est dans un site agréable en Saxe dans la Thuringe sur l'Ilm qui se jette dans la Sale.

Le grand Duc actuellement regnant est chef d'une branche de la maison de Misnie (moderne maison de Saxe). Ce prince a appelé dans ses états la liberté, les arts et les sciences: il fait le bonheur de ses sujets. Il a épousé la princesse Louise de Hesse; l'ancienne maison de Saxe descendait du fameux Witikind, si connu par ses guerres contre Charlemagne, la plupart des maisons souveraines de l'Europe prétendent descendre de cet illustre guerrier, notamment la moderne maison de Saxe; celli-ci a pour chef Conrard comte de Wettin, qui obtint en 1130 *de l'empereur Lothaire II le marquisat de Misnie et de Lusace; la reconnaissance, le plus beau des motifs y détermina ce prince.*

Frédéric le belliqueux marquis de Misnie, fut investi du duché de Saxe, encore à titre de reconnaissance par l'empereur Sigismond vers l'an 1420.

Plusieurs empereurs du nom de Henry et d'Othon et quelques rois d'Angleterre étaient de l'ancienne maison de Saxe.

La moderne maison de Saxe est l'une des plus illustres et des plus anciennes de l'Allemagne et même de l'Europe, quand même elle ne descendrait pas de Witi-

kind duc de Saxe. Les princes de cette maison qui étaient ci-devant en grand nombre, viennent de Frédéric le débonnaire ou le pacifique, qui mourut électeur en 1464; *il laissa, de son mariage avec Marguérite d'Autriche, Ernest et Albert, tiges des deux branches, l'une nommée Ernestine qui est l'aînée et l'autre Albertine qui est la cadette; c'est celle-ci qui a possedé l'électorat depuis* 1547, *que la branche aînée en fut privée par l'empereur Charles V.*

La branche Ernestine a produit celles des ducs de Weimar, d'Eisenach (éteinte), de Gotha, de Meinungen, Coburg, Hilbourg-Hausen et Salfeld, qui ont pris leurs noms des villes de leur résidence soit en Thuringe, soit dans le comté d'Henneberg en Franconie.

Frédéric le sage, l'un des princes les plus célèbres de la moderne maison de Saxe, refusa la couronne impériale qui lui fut déférée et fit élire Charles V, mais à des conditions qui eurent pour but de ménager les libertés de l'Empire Germanique, Frédéric mourut en 1525.

Jean Frédéric surnommé le magnanime, fils de Jean le constant, fut chef de la ligne de Smalcalde et, comme son père, l'un des principaux soutiens de la réformation en Allemagne; c'est ce prince qui succomba à la bataille de Mulberg et fut dépouillé de ses états par Charles V, qui les donna à Maurice, fils d'Albert le courageux.

Le prince Bernard de Saxe-Weimar fut l'un des plus grands capitaines du 17me *siècle, il commanda pour la France sous Louis XIII et remporta des victoires signalées sur les impériaux en Alsace, en Allemagne et en Suisse, il fut l'épée et le bouclier de la France, un monument lui a été élévé à Brissac, où il est inhumé.*

La moderne maison de Saxe donna des rois à la Pologne.

La princesse Marie-Josephe de Saxe, dont la France a admiré les hautes qualités, est mère de S. M. Louis XVIII.

Marie-Josephe reine d'Espagne actuellement régnante est une princesse de Saxe.

Le prince Léopold de Saxe-Coburg était appelé au trône d'Angleterre par son mariage avec la princesse Caroline, fille du roi d'Angleterre, alors prince régent.

S. A. R. le grand Duc de Saxe-Weimar a commandé les troupes alliées en 1813 et 1814, il a soutenu l'antique splendeur de sa maison, et son fils le duc Bernard, que nous possédons parmi nous, est connu par son instruction et ses qualités aimables, non moins que par les preuves de valeur qu'il a données lors des dernières guerres.



NOTES.

1. La poésie latine.

2. L'Ilm se jette dans la Sale.

3. Les principaux faits d'armes des Saxons datent du commencement du 5me siècle.

4. Les Anglo-Saxons délivrent l'Angleterre des Pictes et des Ecossais, qui avaient porté le fer et le feu dans la Grande-Brétagne.

5. L'Angleterre reconnaissante offre le sceptre aux Princes Saxons, ses libérateurs.

Le caractère de la Nation Anglaise la rend également incapable de supporter le joug ou de jouir de trop de liberté.

6. Le célèbre Witikind duc des Saxons, si connu par sa résistance à Charlemagne vers la fin du 7me siècle.

Depuis dix siècles il est grand dans le souvenir des Allemands.

7. Les aigles (emblême de l'Empire Germanique) que portait Charlemagne comme empereur, étaient méconnues par Witikind.

Les Lis et les Aigles; Charlemagne était à la fois empereur d'Occident et roi de France.

8. Witikind fit les plus courageux efforts pour soustraire non-seulement la Saxe, mais toute l'Allemagne à la domination de Charlemagne.

9. Le Rhin et l'Elbe furent témoins de ses exploits.

10. L'on croit que Gérold duc de Souabe tua de sa main Witikind.

11. Les empereurs du nom de *Henry* et d'*Othon* de la maison de Saxe.

12. La maison de Lorraine-Autriche (ceinte du diadême impérial) celles de Saxe, de Sardaigne, de Prusse, de Suéde et de Danemark prétendent descendre de Witikind.

Le prince Gustave de Suéde.

13. Hugues Capet dit le grand, chef de la 3me race des rois de France, prétendait également descendre du fameux Witikind.

Rois de Pologne (électifs) de la maison de Saxe.

14. La maison de Saxe appartient de plus près à l'auteur commun que celles énumérées.

15. Il y a sept siècles que Conrard comte de Wettin obtint les marquisats de Misnie et de Lusace de l'empereur Lothaire; il est le chef de la moderne maison de Saxe.

16. Le duc Frédéric le belliqueux.

L'empereur Sigismond lui donna la Saxe; dès lors la maison de Misnie fut désignée sous le nom de Saxe.

17. Le duc Frédéric le sage.

Méritant et modeste il refusa la couronne impériale.

Il fit élire Charles V.

18. Charles V né à Gand, vainqueur de François I à la bataille de Pavie.

19. Frédéric ne fit donner l'Empire à Charles qu'à certaines conditions qui eurent pour but de ménager la liberté de l'Empire, qui lui doit plusieurs privilèges.

20. Frédéric le magnanime dépouillé de sa souveraineté par Charles V.

21. La bataille de Mulberg. Frédéric y fut fait prisonnier.

22. Le prince Bernard de Saxe-Weimar qui commanda avec tant de valeur et d'habileté pour le roi de France Louis XIII.

23. Les Français (nation guerrière) l'admirèrent et l'appelèrent au soutien des Lis.

Il défendit la France contre l'Empire.

Il gagna des batailles et réduisit des places; Saverne, Joinville, Reinsfeld, Fribourg, Brissac, Morteau, Pontarlier, Nozerai et Joux attestent ses hauts faits d'armes.

24. Il est inhumé à Brissac.

25. L'amour d'une sage liberté que Frédéric le sage avait respiré, renaît et se développe dans le grand Duc actuellement régnant.

26. Schiller, Göte et Wieland; celui-ci était né en Souabe, le Danube le donna à l'Allemagne et la Souabe à Weimar, tous trois philosophes et littérateurs illustres ils honorent Weimar.

27. Le grand Duc encourage et récompense les artistes et les savans, Weimar est devenue une nouvelle Athènes.

28. Les divinités de l'Hélicon applaudissent aux concessions

libérales que Charles fait à son peuple, elles prédisent l'influence de la liberté sur les progrès de l'esprit, annoncent le prodigieux élan que vont prendre les arts et les sciences, et la gloire qui en sera la récompense.

29. La princesse Marie-Josephe de Saxe, mère de S. M. Louis XVIII.

30. Marie-Josephe de Saxe, reine d'Espagne actuellement régnante.

31. Le prince Léopold de Saxe, veuf de la princesse Charlotte d'Angleterre.

32. L'oppression de la Belgique sous Buonaparte.

S. A. R. le grand Duc régnant de Saxe-Weimar commanda les troupes alliées lors de leur entrée en Belgique en 1813 et 1814.

33. S. A. le duc Bernard que nous possédons parmi nous; il aspire à égaler la gloire de son illustre prédécesseur du nom de *Bernard*.

Ce prince mérite l'amour des Gantois.

34. Les insignes ou l'emblème de la maison de Saxe-Weimar désignée par le faucon blanc.

ILLUSTRISSIMO LUDOVICO

PRINCIPI AB HOHENLOHÉ-WALDENBOURG-BARTENSTEIN, ETC.

Ille ego Weimarium Falconem, Aquilamque Borussam
Qui cecini, jam Phœnicem celebrare peropto,
Phœnicem celsas qui celsiùs appetit oras (1);
Esto bonus, Lodoix, humilem ne respue vatem:
Arbiter æternus diademata qui dat et aufert,
Ad Mœni littus Genti invigilabat amatæ,
Et solamen huic dum continuabat opemque,
Heros promissus lucis surrexit ad auras (2),
Surrexit virtute Crato spectandus et armis;
Illius Holachium fluxit de sanguine stemma (3),
Dena quod eximium memorat per secula Clio:
Cæsareum celebres ter avi diadema gerebant (4),
Hollachii unde duces, sceptrum moderamine justo
Qui tenuêre, et non modicos vexêre ad honores (5).
Mœni, Istrique domos imas persæpe Puellæ (6)
Linquere et albentes palmas, vultusque serenos
E fluviis dare et harmonicos conjungere plausus;
Una cupido, animusque erat unus ad æthera laudes
Tollere, quas villis repetebat et urbibus Echo.
Cum Mavorte Minerva suas ubi provida dotes
Ferret, ab angusto luxit latissima regno
Gloria, quam populi dudum vidêre Sicambri,

Promeritoque duces gens grata colebat amore;
Sed rerum qui principium finemque gubernat,
Omnipotente manu submissa elementa coërcens,
Qui struit et frangit, qui dulcia miscet acerbis,
Et formas mutans manet immutabilis ipse,
Hollachias voluit Deus interrumpere habenas (7).
Arcanas optare vias, abscondere sancta
Consilia, e miseris crebrò producere fausta
Qui solet, adspectus a te, Lodoice, benignos
Non vertet, splendor non exstinguetur avitus,
Splendori sociata redibit avita potestas (8),
Pieridesque venire, venire voletque Minerva,
Surda nec ulla tuæ restabunt numina voci;
Post imbres, hilarante Iris prodibit amictu,
Gens et alit spes usque suo de Principe blandas.
In bello quantus fueris, testatur Iberus (9),
Borbonidæ tu quando comes prosternere nôsti
Hydram, felle thronos quæ conspurcabat et aras;
Quæ Bellona dedit, princeps, ne perde tropæa.
Præcinctus lauru palmas conferre cupîsti,
Donaque, Mecænas illustris, nulla recusas:
Doctores ut magnates insignia gestant (10),
Estque vir Hippocratis qui provehit impiger artem,
Nec minùs est alias vigil atque intentus ad artes,
Eximios ideo Phœnicis adeptus honores (11);
Hunc mihi præstantem servabo libenter amicum!
Nec Sileam, quem Palladio mea Musa decore

Indicat insignem, cui ovans Antverpia plaudit,
Quemque Academia habet primum præclara magistrum;
Nobile huic festinus eras decernere signum (12);
Munera ob illa viri non cessant dicere grates,
Sicut ego dixi, sua quùm mihi Franciadûm rex
Lilia donabat, quæ figere et ipse volebat (13)
Ad pectus formosa meum, memor illius et tu
Semper eris, Lodoice, bonum qui fidus amâsti,
Et suo amore tuum Lodoix pensavit amorem (14);
Sed datus a superis, superûm conscendit ad aulas;
Afflicti regem deplorabamus eumdem,
Et sociis par est ambire cupressibus urnam.
Macte animo, Princeps, valido qui protegis ense
Lilia, Lilifero laudes a rege mereris,
Auspice et hôc tanto, Phœnix, promitto, volatus
Sublimes iterabit, et ardua culmina vincet!
Antiquam digno qui versu pandere famam,
Insimul et sortem prædicere tento futuram,
Exultabo, Deus si votis annuat almus,
Hollachiumque potente juvet tutamine stemma!

1826.

NOTES.

1. Les épîtres poétiques présentés par l'auteur aux Rois de France, des Pays-Bas, de Prusse et au grand-duc de Saxe-Weimar.

2. Crato, chef de la maison de Hohenlohe vers l'an 800.

3. Crato, respectable par ses vertus et fameux par ses exploits.

4. Cette maison compte trois empereurs d'Allemagne parmi ses augustes ancêtres.

5. Les princes de Hohenlohe firent briller une grande gloire sur un territoire peu étendu.

6. Les nymphes du Mein et du Danube applaudissent au gouvernement juste et paternel des dits princes.

7. Il plût à la Providence d'interrompre l'exercice de cette puissance.

8. Mais elle revivra, et son antique splendeur ne sera pas éteinte.

9. L'Ibère (l'Espagne) témoin de la valeur du prince, qui aida le fils de Saint Louis à terrasser l'hydre, qui vomissait son fiel contre l'autel et le trône.

10. Le prince encourage les arts et les sciences.

11. Le prince héréditaire de Salm-Salm a été honoré de la croix de commandeur de l'ordre noble du Phénix, ainsi que le chevalier Joseph-Romain-Louis de Kirckhoff, ancien médecin en chef des hôpitaux militaires.

12. M. van Brée, chevalier de l'ordre du Lion Belgique, premier professeur de l'académie royale des beaux-arts d'Anvers, a obtenu la croix de chevalier du même ordre.

13. S. M. Louis XVIII, pendant son séjour à Gand, accorda l'étoile de la légion d'honneur et la décoration du Lis à l'auteur, en récompense d'une ode sur la bataille de Waterloo; S. M. daigna remettre de sa main ces décorations et en augmenta la valeur par la manière de donner.

14. S. M. Louis XVIII honorait d'une affection particulière S. A. le Prince, à qui nous présentons nos hommages; il s'est voué au service des Lis et a mérité leur reconnaissance.

Un tems viendra que le Phénix reprendra son vol sublime et vaincra tous les obstacles sous les auspices du Roi des Lis (lilifer Rex).

WILHELMO I.

BELGARUM REGI.

Versiculos tibi qui trepidus, Wilhelme, dicabam,
Ad solium passu jam liberiore revertor,
Et salit et festos lætata Camœna dat hymnos;
Speratum summo renovans cum Præsule pactum,
Belga quod assiduis precibus rogitabat, adimples;
Sancta inter cœlum terramque ligamina firmans
Pace salutiferâ populorum pectora sedas;
Nesciet optatum Discordia rumpere fœdus,
Quod stabile et salvum, jussu concorde manebit:
Dissidium nullum, tribulatio non erit ulla,
A superisque statutus erit durabilis ordo;
Exin ope alternâ stabunt altare thronusque,
Viribus et totis erimus fulcimen utrique;
Thura adolêre, hymnos geminare, profundere flores,
Et cœlo par harmonicas est solvere grates.
Ne sileat vos Musa, pio qui munere functi,
Regis et ad populi votum, votumque Tiaræ,
Provexistis opus, nullâ vos laude minores!
Ire ideo cinctos quercu licet, ire et olivâ,
Gavisique Leo vos et Wilhelmus amabunt;
Eximios decorate viros, Wilhelme Leoque,
Qui sic vestra tenent mandata, merentur honores.....

Prosper et armipotens esto, Rex optime, sceptrum
Qui, gestabat ut antè Maria Theresia, gestas;
Hæc ut erat, nostro nunc es condignus amore,
Illiusque tuum vivet cum nomine nomen,
Nec vestra e nostris animis labetur imago.

Nestorea unanimes Belgæ tibi lustra precamur,
Plus aliis et ego, modico qui carmine, magnum
Concino, quod nobis te contigit auspice, munus!

Anno 1827.

LEONI XII.

PONTIFICI MAXIMO.

Carmine Romulidûm Romæ memorare dolores,
Missaque de cœlo meditor solamina, vati
ô faveas humili, quæso, supreme Sacerdos!
Ausoniæ res ad Trinum diadema beatæ
Stabant, suffito fœcunda sub æthere Tellus (1)
Spontè ferebat opes, superique e sedibus altis
Dilectam placido spectabant lumine gentem,
Ingens unde datum decus et procul inclyta fama;
Antiquam mundi Dominam dum lege fovebant (2)
Pontifices sceptro, lituoque, mitrâque potentes,
Pontifices merito contemplabatur amore
Tibris, et excelsis ibat præstantior undis;
Fortunate *Tibris*, si sors diuturna stetisset!
Sed Pater omnipotens (qui dirigit omnia nutu,
Qui cœlum et terram conjectu luminis uno
Perspicit, et cujus non est penetranda voluntas)
Flebile et horrendum excidium permisit, et orbem
improbus invasit Genius (3), qui sceptra cruentans,
Commaculansque aras, divina humanaque tempsit
Jura, et ad exuvias impasta ut hyæna furebat;
Tum ruere, heu! ruere in populos, velut agmine facto,
Impietas effrena, dolique, rapina, necesque:

Diruta sacrilegos fumant delubra per ignes,
Prædones solia insiliunt illustria viles,
Irrident lacrymas, lacrymarum est imber inanis,
Et mundo moles advolvitur ampla malorum;
Haud secus erumpit, flammata ubi viscera jactat,
Ætna boans, humilesque casas desolat et urbes;
Terrarum cœlique sator sæpè impia sanctus
Crimina non cohibet, sinit exultare scelestos,
Apta magis justo donec sonet hora furori;
Vix ausim memorare, negat vox horrida dictu..... (4).
Corse, heu! Corse, tuo quis non de crimine flebit!
Sacra profanare, in Petri consurgere sedem
Non veritus, tu Pontificem virtute serenum
Improbus aggrederis! gemuit veneranda senectus;
Nec nitor angelicus, nec frons augusta, nec alta
Mitra Pium redimunt, trahitur de carcere præsul
Carceris ad tenebras (5), humili fastidia corde
Immites mitis patitur placidusque per hostes;
Alter et e nostris non ibis mentibus umquam,
In fastis, signate, Pii cognomine Sexti (6);
Tu prior oppressus, vincla et convicia passus
Vivida Christicolûm meruisti vota precesque;
Martyrii palmas dum gnavus uterque petebas,
Assultusque et probra fremens geminabat avernus,
Casibus in diris invictus uterque stetisti,
Et dio mirabamur vos robore fortes,
Qui calicem, penitùs calicem exhausistis amarum.

Quid truciùs, Diocles, vel quid fallaciùs usquam,
Patrâsti, Juliane? pigrum ne dicite alumnum!
Roma, Savona, Arnus, Rhodanus, cum *Fonte Bleaudi*
Testantur rigidos qui vos pressêre dolores (7);
Non aliter vultur lacerante sub ungue columbas
Corripit innocuas, cruciatque furore novato;
Mærore et virtute pares vos luget ademptos
Christicolùm pia gens, æquasque rependere grates
Est impos, sed nostra videte a vertice cœli
Corda, Patres sancti, sinceraque corda videte;
Hic junctis habitant amor et veneratio dextris,
Nec vestras unquam cessabunt dicere laudes;
Conspicui superis vivetis in arcibus ambo,
Et sine fine epulas libabitis ambo beatas.
Opprobriis lassa infandis et languida luctu
Ultima fata iterumque iterumque Europa rogabat,
Sed precibus desperatis non præbuit aurem
Et statuit longos abstergere denique fletus
Arbiter excelsus, cujus clementia pectus
Humanum superat, quantùm fulgentia Divûm,
Terrigenùm luteis præstant palatia tectis;
Cuncta potente manu moderari, figere leges,
Arcanis gaudêre viis et condere sancta
Consilia, e miseris prosperrima gignere, summo
Illa placent Regi, vires qui justus iniquas
Fregit, et attonito decrevit flagra tyranno;
Usurpata suis jam libera sceptra redire

Regibus, eversas aras, pollutaque dudum
Templa per antiquos dat jussa resurgere honores;
Cœlica largitus tandem solamina, sedem
Restituit (8), suâ et ipse manu ad Patrimonia Petri
Majorem post sæva Pium certamina ducit;
Hæc oris sonat e celsis immota voluntas,
Suppliciterque omnes veneranda attendere jussa.....
Reges et populi voce unâ et poplite flexo
Ad cœlum grates conclamavêre benignum,
Festaque votivis caluêre altaria flammis;
Immensa ad solitos recidit sic machina motus,
Pulsu quæ fuerat detrusa et quassa coacto;
Sed relevare caput septemgemina hydra renatum,
E rictuque scelus vomere et perjuria tentat;
Lethifero Proh! suffocat jam flamine Iberum.....
Pyrenes, *Lemane*, *Alpes*, *Tibrisque*, scelestas
Sæpius afflicti turbas vidistis; *Ibere* (9)
Plùs aliis afflicte, nefas expertus es atrum,
Atrum quod genuit tibi *Carbonaria pestis*;
Sollicitum sed erat numen ne denuo labes
Impia sæviret, luctusque novaret acerbos:
Munia condignus divina capessere princeps
Est datus, Hesperiæ feret ille juvamina genti;
Lilia fulciri per *Lilia* rex jubet altus,
Nec mora Borbonius (10) mandata superna facescens
Torrentes, concreta gelu juga transvolat, arces
Diruit, æratas turmas debellat et unâ

Dejicit, Herculeisque sub ictibus obruit hydram.....
Prælia quot fuerint, Lauris tot cinctus abibat,
Quamque obdurati pacem renuêre rebelles,
Per tela atque faces, sub Bomborumque boatu
Imposuit Regum vindex, vindexque Tiaræ (11);
Sic vult *Borbonius*, mente aversante, Severus (12).
Tunc Pacem toties oratam, *Europa,* videbas,
Et manibus bona munificis tribuebat olivas;
Sed *Deus* Empyreo qui nos a culmine clemens
Aspectat, donum largitur opimius orbi:
Grex ubi per gemitus, morienti voce, vocabat (13)
Pastorem, ecce *Leo* cœlesti robore fortis
Prodit, ab assultu qui servet ovile lupino:
Christicolis nunc invigilans, *fidissime Pastor,*
Quod prece continuâ deposcebamus, adimples;
Nam nostro cum *Wilhelmo* dum fœdera pangis (14),
Sancta inter cœlum terramque Ligamina firmans,
Pace salutiferâ populorum pectora sedas;
Nesciet optatum Discordia frangere pactum,
Quod stabile et salvum, jussu concorde, manebit;
Dissidium nullum, tribulatio non erit ulla,
Fixus et a Superis erit immutabilis ordo;
Exin ope alternâ stabunt *Altare Thronusque,*
Viribus et totis erimus fulcimen utrique.
Ne sileat vos Musa, pio qui munere functi (15)
Speratum ad finem memorabile semper et ingens
Perduxistis opus, nullâ vos laude minores;

Magna proinde, Viri, canimus præconia vobis,
Et quercu frontes et obire potestis olivâ (16),
Gavisique *Leo* vos et *Wilhelmus* amabunt;
Eximios decorate viros, *Wilhelme Leoque*,
Qui sic vestra tenent mandata, merentur honores.....
Sospes et illustris regna, Pater optime, per te
Secula jam redeunt, crescentque corusca *Medicûm* (17);
Ut *Leo* nomen eis, et corde fuêre Leones,
Tuque *Leo* generosus eris, lux qui datus orbi,
Vis et solamen dudum servaberis illi;
Firma *Pii* virtus in te firmata vigebit,
Instar ad illius, tua perdurabit imago
Cordibus in nostris, hæc vobis templa sacramus,
Et statuæ surgent e marmore et ære perennes,
Quò falcem *Libitina* nimis protenderet ausa,
Et vanis Dæmon insaniet invidus iris.
Nôsti, *Care Leo*, quantus nos presserit angor,
Et sonitus quoties querulos geminaverit *Echo*,
Æger ubi nostro pene eripereris amori (18);
Nuper enim viduata iterum viduanda dolebat
Gens pia, sed diros spes arcuit alma timores:
Audivit miseranda Deus lamenta suorum,
Christiadûm voluit columem te vivere voto,
Securique bono et vigili Pastore fruemur,
Plùs aliis et ego, modico qui carmine, magna
Concino dona, *Leo*, quæ nobis cœlitus affers!

1827.

NOTES.

1. L'atmosphère parfumée de l'Italie qui en féconde le territoire.

2. L'ancienne maîtresse du monde. — Rome heureuse sous ses pontifes; le Tibre les contemple et les chérit.....

3. Dieu, dont les jugemens sont impénétrables, a permis qu'un Génie impie et destructeur s'emparât du monde.

Ce Génie ensanglanta les sceptres et souilla l'autel.

4. L'attentat de Buonaparte contre le chef de l'église.

5. S. S. Pie VII traîné de prison en prison; il est humble, résigné et patient au milieu de ses persécuteurs.

6. S. S. Pie VI, première victime de l'impiété révolutionnaire.

7. Rome, Savone, Florence, Valence et Fontainebleau, témoins des outrages contre les illustres pontifes; ces outrages rappèlent la cruauté de Dioclétien et l'astuce de Julien.

8. Dieu verse le baume de sa consolation dans le cœur de Pie VII, il le reconduit, pour ainsi dire de sa main, sur le siége de Saint Pierre.

9. Les Pyrenées, les Alpes, la Sardaigne, Naples et l'Espagne désolés par le *Carbonarisme*.

10. Le duc d'Angoulême dompte en Espagne l'hydre révolutionnaire. — Il était dans les décrets de la Providence que les *Lis* soutiendraient les *Lis*.

11 et 12. Bourbon, vengeur du sceptre et de la Tiare, doux et humain on le force à sévir.

13. Léon XII est accordé aux vœux des fidèles.

14. Le concordat.

15. Les négociateurs du concordat.

16. Nous leur devons des couronnes de chêne et d'olivier.

17. Le siècle de Médicis se reproduira sous un autre Léon.

18. La maladie du Saint Père; il fut presqu'enlevé à l'amour et à la vénération des fidèles, mais Dieu a entendu nos lamentations et le pasteur a été conservé pour la sûreté et le bonheur du Bercail.

DE RESTAURANDO MELITENSIUM ORDINE CARMEN AUGURALE.

Calliopæa, favens si des afflamina, dicam
Insignem bello, insignem pietate phalangem,
Quæ frenare potens septem per secula *Turcas*,
Electæ columen stetit insuperabile *gentis* (1),
Quæque sub *Europes* eversa deinde ruinis,
Hosti non unquam, didicit sed cedere fato.....
Jamque, volente Deo, ad famam revocata priorem,
Sæviùs *Ottomanos* franget rediviva furores.
Commiserans pater e rutilâ qui sede, gementes
Auscultat populos, rebus qui debile vastis
Principium dat, et e parvis solet edere magna,
Dejiciens, relevans, nutuque suo omnia flectens,
Dejectam statuit jamnunc relevare phalangem:
Dena modò per lustra, priusquam lumine veri
Alcorana fugans mendacia, *Bullio* signa
Flandra super *Solymas* victor defigeret arces (2),
Huc peregrinantes ibant sine fine catervæ (3),
Vota, holocausta, precesque sepulcra ad sancta ferentes;
Tempora lapsa ducem dicunt, lapsuraque dicent
Eximium, *Martis* qui fata expertus iniqui,
Captivus fuit et *Turcarum* traditus iris,
Avulsâque cute, atque oleo fervente cruentis

Artubus affuso, tormenta per aspera, *Christi*
Sustinuit nomen, Martyr notissimus orbi!
Arma dabat pietas fundens ad pectora vires,
Quas contra *rabies Mahometica*, cæde rapinas
Attentans, vanis assultibus occidit impos;
Hæcce fuit virtus, cui laus meritissima belli,
A primisque indictus ad ultima secula splendor;
Digna solent gestis decernere præmia Divi,
Tendere eòque manus non cessavêre benignas,
Et terrâ retonante, Polo vox exiit ingens:
« Magnanimi pugnate, pios augete labores,
» Barbaries vestris *Otomanna* domabitur armis,
» Jussa superna tenete, Deus bona cœpta secundat....."
Ilicet ad mentes affectio blanda potensque
Affluit, ingreditur vigor unus et incitat omnes;
Non aliter fit, ubi cœleste datura juvamen
Ad Terram vertunt radiosos Numina vultus;
Auspicibus tantis, et robore adacta novato,
Sacra repentè *Phalanx* alatis puppibus æquor
Involat, et nimbos inter scopulosque et abyssos
Perquirit *Turcas*, debellat et obruit, et quas
Victuri attulerant, victi tetulêre catenas;
Dum terrâque marique daret *Victoria* lauros,
Centum *fama* tubis immensos clanxit honores,
Plausit et ob tantos pia gens hilarata patronos.
Sic gula quem dudum fuerat minitata luporum,
Grex salit, et lætis implet balatibus agros,

Dum requies trucibus successit amœna periclis;
Belgici ubi *Solymam*, sorte aversante, *Leones*
Liquêre, immani fuit obruta mole malorum
Sancta phalanx nec victa metu nec fracta labore;
Margata, Acra, Cyprusque viros discrimine in omni,
Sed superis semper fisos vidêre vagantes (4),
Qui fero in æquoreos sævibant *Marte* latrones.
Intrepidum quis te? tua quis, *Vilarete*, silebit (5)
Gesta? *Rhodus* sub quo caput inclinata superbum,
Abjurans falsi deliramenta Prophetæ,
Et veniam, et flexo rogitavit poplite pacem;
Christicolis, ô vir, toties spes, gloria et ultor,
Elysiis esto sine fine beatus in arvis!
Alter et e nostris non ibis mentibus, heros (6),
Mœnibus impostus *Rhodiis*, qui bellica spernens
Tormenta, et rabidis *Solimanni* viribus obstans,
Has fracturus eras, ni crimine proditus atro,
Irrita vidisses tua tot molimina in hostem;
Dicere *Amaraldi* pudet execrabile nomen (7).....
Sed laudes nequiit disperdere proditor altas,
Nomen enim, *Villere*, tuum super æthera vivet;
Sæpius heroes telo *Sors* improba vafro
Percutit, et repetita nimis ludibria gaudens,
Pollicitis dat pro lauris infida cupressos;
Sic Leo magnanimus tigrides qui stravit et ursos,
Et turbas voce arcebat terrente voraces,
Incidit in laqueos, quos insidiosa parârat

Vulpes, et cœco nemorum rex captus in antro,
Captus at indomitus, domitoris adhuc gerit ora.
Vos *Messana, Viterbium* et *Olbia* et *Insula Titan*,
Dicite (8) quid pietas, virtus quid *Martia* possit!
Vos testes, in *Lunigeras* (9) quid sæpè catervas
Ausi sint *Rhodii*, sparsi quando æquore toto
Et nunquam lassi sua fata crucemque ferebant (10)?
Bruma viros octava modò jactabat in undis,
Nec solamen erat, nec stella, nec umbra salutis,
Et petière miserta darent ubi Numina asylum?
Figere *Palladium* queisnam fas esset in oris?
Ex Arabo veluti fragrant libamine odores,
Ibat ad Empyreas geminata precatio sedes,
Promissique tenax, facilisque ad vota suorum,
Quælibet implorent, Deus impertitur et ultra.....
Partibus e Boreis insigne repentè micabat
Omen, ad australes sua fundens lumina tractus,
Proximiùs visum *Gordunam* spectat ad *urbem* (11),
Cretus ibi Austriaco *Karlus* de sanguine Cæsar
Regnabat, latè celeber cognomine *Quinti* (12);
Ganda, decus gaudeto, decus sine compare habebas;
Hic ille est *Karlus*, Genio qui magnus et armis
Francorum regem Ticina ad valla subegit,
Cuique subacta dein cum sceptro *Lilia* reddens,
Devicti meruit victor generosus amorem (13);
Dignus ut a cœlis statuatur in orbe minister,
Festinus mandata capit cœlestia *Karlus*,


Solatur non fanda viros discrimina passos,
Adque *suas Aquilas* meritum largitus asylum
(Præmia virtutis) *Melitenses* obtulit *arces* (14);
Indè *Equites Rhodii, Melites* sub nomine, iidem,
Ad laudes, titulo variante, feruntur easdem;
Hinc pelagi dominatores fore, (*Marte Tridentem*
Qui rapere, et stratis nôssent dare vincula *Turcis*)
Per justa *Austriacus* promisit numina Cæsar.
Barbaricas antiqua redit virtus super undas (15);
Prospera dum gnavis flabat *Melitensibus* aura,
Et *Fortuna* rotas agitabat amica secundas,
Lumine successus vidit *furia invida* torvo,
Præteritas et adhuc iras maculasque recordans
Turca, vomensque truci quod erat fel corde repostum,
Ignitis *Melitense* oculis sæpè inspicit æquor,
Quasque diu fuerat prædas speculatus anhelat,
Et ferus et fallax vi cœpta doloque facessit (16):
Vulpinos astus, aconita, bitumina, sulphur,
Mortivomosque tubos ad valla natantia confert;
Cuncta parat cumulans ipse instrumenta furoris;
Machina vix constat furialis et insilit illam;
Jamque odia insidiasque vehens per *Tethyos* arva,
Fluctigenas domibus Nymphas disturbat in imis;
Sic furit, et littus dum *Scyllam* interque *Charybdim* (17)
Appetit exosum, blasphemus probra, minasque
Projicit; heu *Melite!* turbas horreto scelestas,
Omnia tentabunt in te quæ suggeret orcus.....

Impia pestis adest, jaculatur tela facesque:
Quoviscumque rates ferro, igne et milite fœtæ
Conquassant *Meliten*, *Tellus* tremit, æstuat æquor;
Concussus inter Bombardarumque boatus,
Oribus e mille æratis vibrata volat mors,
Flammatæque cadunt per strata cadavera turres;
Trux sævit *Mavors* et adacti ad mœnia *Turcæ*
Assiliunt, iterum assiliunt, assultibus heros (18)
Ecce ferens humeris *ætæa* senilibus arma
Valletus stat obex, quasi fluctibus obvia rupes;
In duce gens tanto ponit spem fida supremam,
Quid jubeat rogitant omnes, jussique facessunt;
Tutelare quasi, medio in discrimine, numen
Eminet, et subversa, ut *Cocles Horatius* alter (19)
Munimenta tenens, crebrò molimina solus
Sustinet, ardentes asphalto et sulphure torres (20)
Agmina contorquet super impia, quæ simul et mox
Igne vorata ad vallatas labuntur abyssos,
Hic animas cum felle vomunt furias et inermes;
Fracta, sub impavido domitore, *Otomanna* fremit vis,
Dedecus et rabiem fanatica ad antra reportans (21);
Hasce tenêre meret *Solimannus* sceptra per aulas,
Frenet ibi stupidos laqueis, feriatque flagellis;
Irrita contra Aquilam fecit tentamina vultur (22).
In cunctis, *Vallete*, animis tua spirat imago;
Nostra tibi, generose senex, veneratio, grates
Durabunt et amor, donec durabimus ipsi;

Vicisti *Turcas*, undis flammisque renixus
Vicisti; meritas, heros, assume coronas,
Inscripsit celsis *Clio* tua gesta Columnis!
Seclorum in serie *Melitensûm Martius* ordo
Floruerat gestis et nobilitate decorus (23),
Et virtute suâ firmus sine fine stetisset,
Nì rabidus Dæmon meditatus ubique ruinas (24)
Vì, dolo et impietate orbe insanîsset in omni,
Exitium soliis crudele minatus et aris;
Effusus quævis ita dejicit obvia torrens,
Et ruis et pateris quoque ineluctabile fatum,
Bellica quæ tot eras, *Melite*, dominata per annos!
Rupibus a Corsis generata *effrænis hyæna*
Hæc tulit afflicto mala et infortunia mundo;
Sed vigilant Superi, quorum clementia faustos
Funestis persæpe dedit succedere casus;
Post luctus hilaris, *Melite*, et magìs alta resurges,
In sacro regum sors est decreta senatu:
Sequana, Volga, Padus, Tamesis, Tagus, Ister, Iberus (25)
Unanimo peragunt cœlestia munia pacto,
Conjunctumque tibi certant afferre juvamen;
Hisce sub auspiciis, vires experta refectas,
Fortior ad priscos accurre renata labores;
Oppressa, auxilioque orba ad te clamitat *Hellas*,
Dum gemit et patitur, quis currere ad arma negaret?
Tincta cruore juvat miserûm perfringere vincla (26);
Vestra triumphabit de crimine, spondeo, virtus,

Contigerint et ubi felicia carbasa portum,
Laurus cum *palma* cum *quercu* surget *oliva*,
Turca salutiferum discet non temnere signum,
Et *Christi* sub lege crucem gens cuncta sequetur.
  Antiquâ priscas musâ qui pandere laudes,
Insimul et sortem prædicere tento futuram,
Lætus ovabo, Deus si votis annuat almus,
Magnanimisque bonus fuero *Melitensibus* augur!

1824.



NOTES.

1. L'ordre de Malthe fut pendant sept siècles le boulevard et le vengeur de la chrétienté.

2. Godefroi de Bouillon comte de Flandre se rend maître de Jérusalem en 1099.

3. Cinquante ans avant cette époque, les Chrétiens allaient déjà visiter les lieux saints; les hospitaliers de Saint Jean de Jérusalem, ensuite chevaliers de Rhodes et plutard de Malthe, allaient en caravannes à la rencontre des pélérins, pour les défendre contre les Turcs qui les dévalisaient. — L'un des premiers grands maîtres de l'ordre tomba au pouvoir des infidèles, fut écorché vif et souffrit l'huile bouillante sur ses membres palpitans, plutôt que de renoncer à la foi.

4. Les chevaliers de Rhodes sans résidence, après avoir été forcés d'abandonner Jérusalem, sont errans à Margate, à Chypre et Saint Jean d'Acre.

5. Le grand maître Foulques de Villaret fait la conquête de l'île de Rhodes sur les Ottomans, le 15 Août 1310.

6. Le grand maître Philippe de Villiers l'Isle-Adam défendit héroïquement l'île de Rhodes contre Soliman I, en 1522.

7. Il fut trahi par Amarald chancelier de l'ordre.

8. Les chevaliers derechef errans à Messines, Hiéres, à l'île de Titan et Viterbe.

9 et 10. Ils opposent courageusement la croix au croissant.

11. La cité des Gordunieus, *Gand.*

12. L'empereur Charles V né à Gand en 1500, vainqueur de François I à la bataille de Pavie.

13. Il rend le sceptre à son prisonnier.

14. Charles V recueille les chevaliers de Rhodes, l'aigle Autrichienne les protège; en 1530 il leur donne en toute souveraineté l'île de Malthe pour prix de leur bravoure et de leurs services, ils prennent le titre de chevaliers de Malthe.

15. La vertu et la valeur reparaissent dans les parages de la barbarie.

16. Soliman II haineux et vindicatif prépare son entreprise contre Malthe.

17. Les gouffres de Scylla et de Charybdis dans la mer Sicilienne.

18. Le grand maître Jean de la Valette à l'âge de 71 ans, défend et sauve Malthe par une valeur inouie.

19. Il est un autre *Horatius Cocles*.

20. Il verse des torrens d'asphalte et de bitume sur les assaillans qui, dévorés par les flammes, tombent dans l'abyme des remparts.

21 et 22. Soliman abandonne le siège, le vautour tombe vaincu sous l'aigle.

23. L'ordre de Malthe illustré par ses faits d'armes et par la haute noblesse qui en a toujours fait partie.

24. Le Génie impie qui attaque le trône et l'autel.

25. La France, la Russie, l'Italie, l'Angleterre, l'Autriche et la Péninsule ont résolu le rétablissement de l'ordre de Malthe; la sainte alliance *Sacer Senatus*

26. L'appui que l'ordre de Malthe est destiné à donner aux *Hélènes*.

AD WEIMARIAM,

OB EREPTUM OPTIMUM PRINCIPEM, MŒRORE PROFLIGATAM.

Indue funereas, Weimaria mœsta, cupressos,
Castalidesque dolete, dole, Tritonia virgo,
Et populorum, Echo, resonâ dic voce querelas;
Occubuit *Karlus*..... tredecim per lustra, suorum
Karlus honos et amor! lugubri annectere frondi
Palladias palmas, lauros par est et olivas,
Nam pace, ut bello, celeber præcelsa Minervæ
Erexit templa et numerosa altaria Musis,
Omnigenoque incedebat splendore decorus;
Mors tamen hunc feriit! sed principe in altero eumdem
Numina largiri voluêre miserta patronum;
Natus io jam sceptra tenet, qui patria promptus
Ad præcepta suos pro more beabit avito:
Ah vos! qui lacrymas tot confudistis ad urnam,
Afflicti *Karle* et *Bernarde*, *Mariaque* et *Ida*,
Tu quoque, *Turcarum* domitor, spes, gloria *Russis*,
Illustrem, *Nicolae*, tuum qui plangis amicum,
Quæ fero mœrori, solamina sumite, posco:
A superis missus superûm remigravit ad aulas,
Indè et adhuc *Karlus* genti invigilabit amatæ;
Pulchra subire solet nigrantibus imbribus Iris,
Mox arridebit vultu *fortuna* sereno,
Felices magnique dies cernetis amœnos,
Et *Falconi Aquilæ* comites fastigia scandent!

1828.

JENNERO.

Arbiter excelsus justis indulserat iris,
Ante sed indictos quam tangeret ultio fines,
Flagra bonus rumpit, succedere munera pœnis
Præcipit, astriferoque favens nos spectat ab axe.
Sic quoque post strages, pacalis Oliva cruentas
Assurgit, populisque juvantia brachia tendit.
Poscite nunc citharas et carmina fundite, vates,
Orpheus ipse reget festi modulamina cantûs;
Hôc duce, namque moræ nulla est patientia, dicam;
Ecquo *Jennerus* cantamine dira venena
(Attonitum unde lues pervaserat ignea mundum)
Vicerit, et Stygios occludere nôrit hiatus,
Quâ terrena diu fuit acta propago sub umbras:
Templa Diis luctus terrorve priora sacrabant (1),
Et meritas vix ulla notant altaria grates;
Frustra *Hygiœa* (2) suos, ah frustra implorat honores,
Nec sonat æqua viro laus, ob quem secla stupebunt;
Illius, ô Musæ, donum immortale silentes
Cernere nonne pudet? cœlesti plaudite dono;
Marmor et *æs*, diros *Martis* celebrare furores
Sat modò cura fuit, quæ vos oblivia captant?
Terrigenûm saltem meminisse decebat amicum,
Nec, lethum toties qui vicit, tradere letho:

E *Lybicis* (3) olim tenebris fanatica et atrox
Europen vis invasit, deliria secum
Portans, quæ ferro sanxit *Mahometus* (4) et igne;
Impia prostravit *Gonsalvius* agmina victor,
Sed liquêre malum *Bellonæ* sævius irâ,
Unde priùs pollutus *Arabs* maculaverat *Afros*;
Tartareum combusta furens per viscera virus
Sardois indè adrepsit *Siculisque* et *Iberis*,
Postea et ad tractus iit exitiale Borinos (5);
Implorata feram compescere numina labem
